UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis Ecclesiæ

Johann Hugo <Trier, Erzbischof>

Mogvntiæ, 1688

urn:nbn:de:hbz:466:1-75322

Visual Library

Th. 503a.

G. VI
π

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LIBER OFFICIALIS
SEU
AGENDORUM PASTORALIUM
S. TREVIRENSIS ECCLESIÆ

Ad Ritualis Romani usum passim accommodatus.

AUTHORITATE

Eminentissimi & Reverendissimi Principis ac Domini,

D. JOANNIS HUGONIS

Dei Gratiâ

ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS

Sac. Rom. Imperii per Galliam & Regnum Arelatense Archi-Cancellarii.

PRINCIPIS ELECTORIS

&

EPISCOPI SPIRENSIS,

Administratoris Prumiensis & Præpositi Weissenburgensis &c.

Collegii Soc. Jesu Paderborn.

evulgatus.

Anno M.DC.LXXXVIII.

MOGUNTIÆ,

Ex Typographejo CHRISTOPHORI KüCHLERI Typographi Aulico-Academ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

JOANNES HUGO

Dei Gratiâ

ARCHIEPISCOPUS TREVIRENSIS.

Sacri Romani Imperii per Galliam & Regnum Arelatense Archi-Cancellarius.

PRINCEPS ELECTOR EPISCOPUS SPIRENSIS,

Administrator Prumiensis & Præpositus Weissenburgensis &c.

Honorabilibus, devotis, nobis dilectis, Ecclesiarum Rectoribus, Vicariis, & Sacellanis curatis in diœcesi nostra Trevirensi salutem in Domino.

PAstoralis curæ nostræ studia libenter impendimus ad ea, per quæ Dei gloria, animarum Nobis concreditarum salus, decor Ecclesiæ, & publicorum ministeriorum Ecclesiasticorum uniformitas promovetur. Cùm itaque in Concilio Toletano sit constitutum, ut quando presbyteri in parochiis ordinantur, librum Officialem seu Agendorum, qui officiorum pastoralium ritum præscribit, ab Episcopo accipiant, ut ad Eccle-

*Tolet. cap. 25. Dist. 38. cap. 1. quando presbyteri.

4 Ecclesias sibi deputatas instructi accedant,:* & ejusmodi Agendorum pastoralium librum aliàs mem. piiss. Jacobus in Archi-Episcopatu Trevirensi prædecessor noster, anno 1574. typis quidem excudi, Ecclesiarum Rectoribus communicari, ac pro ministeriorum Ecclesiasticorum uniformitate, quoscunque alios Agendorum libros abrogari curaverit; attamen exemplaribus illis ob temporis diuturnitatem usu continuò attritis nec ultrà existentibus, ejusmodi librum renovari, ejusdemque communicatione Rectoribus Ecclesiarum provideri, necessitas expostulet. Idcircò viris prudentiâ, doctrinâ Theologicâ præstantibus, animarum etiam curâ exercitatis, adhibitis diversarum aliarum Diœcesium, libris Agendorum, cumprimis autem Rituali Romano, diligenter perlustratis, hunc Agendorum pastoralium librum, habitâ etiam ad novissimas Apostolicas, hujusque Trevirensis Diœcesis Archi-Episcopales constitutiones reflexione, pluribus perquàm utilibus ac necessariis insertis fieri decrevimus, signanter præter illa, quæ aliàs in duabus partibus & compacturis continebantur, pro confirmandis instructionem, bullam cœnæ Domini ex decreto summi Pontificis Confessariis necessariam, casuum nostræ ordinariæ jurisdictioni reservatorum, nunc in minorem numerum juxta monitum Sac. Congregat. Cardinalium reductionem, formulas pro actibus fidei, spei, & charitatis eliciendis germanico & gallico idiomate in subsidium infirmorum, exhortationem ad matrimonialiter conjungendos, ordinem sepeliendi parvulos, instructionem de qualitatibus ordinandorum, ex novissimo nostro edicto, formulas plurium benedictionum à parocho præstandarum, methodum variarum processionum publicarum cum psalmis & precibus cuique convenientibus, ac precum publicarum pro necessitatibus occurrentibus instituendarum, responsoria in illis processionibus canenda, sicut & in sepulturis ac Officio Defunctorum cum notis cantûs choralis, modum intonandi psalmos, instructionem de prædicando Dei verbo, utpotè vel maximè necessariam, similiter de jejuniis, de festis, de vita, conversatione & familia Pastorum instituenda, de officio Decani Ruralis, & nonnullorum aliorum Ecclesiæ ministrorum, etiam ad jam dicta noviter inserta, hinc inde junctis Sac. Congregat. Cardinalium S. R. Ecclesiæ declarationibus, aliaque plura addi curavimus, ut Pastori in executione functionum suarum, directione sui, ac gregis commissi, nunc plenè provisum esse arbitremur; quæ omnia etiam tali ordine disponi fecimus, ut

quam-

quamvis character non sit minor, numerus tamen foliorum non sit major, ac unico comprehensus libro, errorem ante nonnunquam in assumendo anteriorem libri partem, quando posterior ad ministerium erat necessaria, commissum præcavendo. Quod si nihilominus nonnemini, cujus parochiani in diversis pagis aut villis sunt dispersi, pro ministeriis circa infirmos, asportatio libri hujus difficilior videretur, ille passum concernentem ejusmodi ministerium, sicut & Ludimagistri & Chorales, qui in sepulturis aut aliis functionibus canendo subsidium parocho præstant, responsoria cum notis cantûs choralis exinde sibi in foliis minoris libelli poterunt curare describi. Sicut autem per hunc, multo studio industriâ & labore plenum, Agendorum pastoralium librum, Nos majorem ministeriorum sacrorum decorem, concipiendamque exinde populi devotionem, nec non officii divini & administrationis Sacramentorum, processionum, precum, ac quarumcunque functionum Ecclesiasticarum publicarum uniformitatem, quæ etiam homines à vera religione aversos ædificat, & non secùs ac ordinata officia & gravitas ministrorum Aulæ Salomonis, reginam Sabæ in admirationem & venerationem inducit, intendimus; ita volumus ac vobis seriò præcipimus, ut eò pariter sedulò collimetis, fideles mysteriorum Dei ministros vos exhibeatis, memores semper universalis Ecclesiæ per Sac. Trident. Concil. promulgati documenti: si quis dixerit receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in solenni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libitu omitti, aut in novos alios per quarumcunque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, anathema sit. Et si Ægyptii in horologii similitudine Sacerdotis actiones, & per hoc sapienter expresserunt, quòd Sacerdos omnia sua ordinatè agendo alios ad ordinem deducat & dirigat, profectò id in vestris Sacramentorum administrationibus ac aliis functionibus publicis, verissimum esse nemo sapiens negabit; vos enim in omnibus illis vobis commissis functionibus, vitâ & conversatione vestra instar horologii, directores, duces & magistros esse oportet, ut de vestra in rebus agendis gravitate, modestiâ ac devotione populus lumen sanctitatis hauriat, quod supremus ille magister noster sacro oris sui eloquio: Vos estis lux mundi, dilucidè expressit.

3. Reg. 10

1. Cor. 4.

Matth. 5. v. 14.

Implete igitur, dilecti! intentionem, finem ac gaudium nostrum, administrate juxta hunc librum functiones vestras, ut decet Dei ministros,

nistros, ad gloriam ejus, qui erit nostra remuneratio magna nimis, ad animarum pretioso sanguine Christi redemptarum salutem, Ecclesiæ Catholicæ decorem, & diœcesis nostræ uniformitatem. Si verò huic nostro monito ac decreto quispiam contravenire præsumeret, eum Decanus Ruralis, aut Synodales Ordinariatui nostro denuntiabunt, ut contumaciæ suæ, ac difformitatis ministerii pœnam promeritam recipiat. Dabantur in arce Nostra Ehrenbreitsteiniana die. 26. Martii Anno Domini M.DC.LXXXVIII.

Joannes Hugo Archiep. Trevirens.

INDEX

INDEX

Eorum quæ in hoc Agendorum Pastoralium libro continentur.

CAlendarium cum observationibus infra menses singulos appositis.

De Sacramentis in genere. pag. 1
Modus baptizandi infantem. 7
Ordo baptizandi in periculo mortis. 22
De Baptismo adultorum. 24
Ordo supplendi cæremonias apud eos qui sine illis sunt baptizati. 25
Ordo introducendi puerperam. 25
Instructio pro confirmandis. 31
De Sacramento Pœnitentiæ. 35
Bulla Cœnæ Domini. 37
Casus Summo Pontifici reservati. 50
Casus Archi-Episcopo Trevir. reservati. 52
Ordo administrandi Sacramentum Pœnitentiæ. 53
Absolutio ab excommunicatione in foro externo. 57
De Eucharistiæ Sacramento. 59
Ordo ministrandi sacram Communionem. 60
De Communione paschali. 62
De Communione infirmorum. 63
De Sacramento Extremæ Unctionis. 67
Ordo ministrandi Sac. Extrem. Unct. 70
Actus fidei, spei & amoris Dei germanico, 82
gallico idiomate. 88
Ordo ministrandi extrem. Unct. tempore necessitatis. 94
De visitatione & Cura infirmorum. 96
Modus juvandi morientes. 101
De Exequiis. 108
Ordo Exequiarum. 110

De

Index libri Agendorum Pastoralium.

De exequiis parvulorum, & ordo earum. 119
De Sacramento Ordinis, & ordinandorum qualitatibus. 125. & 126
De Sacramento Matrimonii, & primò de sponsalibus. 128
De impedimentis matrimonii. 133
Formula dimissorialium litterarum } 141
Ritus celebrandi matrimonii Sacramentum. }
De Benedictionibus regulæ generales. 160

Benedictio
- aquæ lustralis & salis. 161
- cereorum in festo B. V. Purificat. 170
- Cinerum. 181
- palmarum. 184
- ignis Sabbatho S. 207
- cerei paschalis. 229
- fontis baptismalis. 239
- esculentorum. 261
- panis, segetum, & seminum. 262
- herbarum, in festo Assumpt. B. V. 265
- vini, in festo S. Joann. Evang. 269
- tabernaculi. 273
- tegumenti altaris. 274
- domus novæ. 275
- domus à dæmonio vexatæ. 276
- impeditorum conjugum. 281

De Processionibus. 184
Ordo processionis solennioris. 286

Processio
- in festo B. M. Virg. Purificatæ. 177
- in die cinerum. 181
- in die Palmarum. 193
- in nocte paschali. 251
- in festo Paschæ. 256
- in die S. Marci. 289
- in festo SS. Corporis Christi. 190
- in die animarum. 300
- ad petendam pluviam. 301
- ad serenitatem. 302
- ad tempestates avertendas. 304
- tempore mortalitatis & pestis. 307

Pro-

Index libri Agendorum Pastoralium.

Processio
- tempore penuriæ & famis. 305
- tempore belli. 308
- in quacunque tribulatione. 312
- pro gratiarum actione. 313

Ordo instituendi preces 40. horarum. 318
Septem psalmi pœnitentiales. 207
Litaniæ de omnibus Sanctis. 219
Officium defunctorum. 321
Modus intonandi psalmos. 372
De prædicatione verbi Dei. 376
Formula professionis fidei idiomate latino, 380
idiomate germanico. 384
De Jejuniis. 395
De festis Fori. 398
De officii divini Uniformitate. 403
De juribus stolæ. 404
De Ministris Ecclesiæ. 404
De cooperatoribus. 410
Instructio de synodalibus. 411
Juramentum Synodalium latinè 415
Idem gallicè. 416
Quæstiones in synodo proponendæ germanicè. 417
Eædem gallicè. 420
Instructio pro custodibus vel campanariis. 424
Juramentum custodis vel campanarii. 425
Instructio & juramentum Ludimagistrorum & Organœdorum. 427
Instructio & juramentum obstetricum. 432

TABELLA TEMPORARIA.

Anni Domini.	Litteræ Dominicales.	Aureus Numerus	Epactæ.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Pascha.
1688.	d c	17.	XXVII.	15. Febr.	3. Mar.	18. Apr.
1689.	b	18.	VIII.	6. Febr.	23. Febr.	10. Apr.
1690.	A	19.	XIX.	22. Jan.	8. Febr.	26. Mar.
1691.	g	1.	I.	11. Febr.	28. Febr.	15. Apr.
1692.	f e	2.	XII.	3. Febr.	20. Febr.	6. Apr.
1693.	d	3.	XXIII.	18. Jan.	4. Febr.	22. Mar.
1694.	c	4.	IV.	7. Febr.	24. Febr.	11. Apr.
1695.	b	5.	XV.	30. Jan.	16. Febr.	3. Apr.
1696.	A g	6.	XXVI.	19 Febr.	7. Mar.	22. Apr.
1697.	f	7.	VII.	3. Febr.	20. Febr.	7. Apr.
1698.	e	8.	XVIII.	26. Jan.	12. Febr.	30. Mar.
1699.	d	9.	XXIX.	15. Febr.	4. Mar.	19. Apr.
1700.	c	10.	IX.	7 Febr.	24. Febr.	11. Apr.
1701.	b	11.	XX	23. Jan.	9. Febr.	27. Mar.
1702.	A	12.	I.	12. Febr.	1. Mar.	16. Apr.
1703.	g	13.	XII.	4. Febr.	21. Febr.	8. Apr.
1704.	f e	14.	XXIII.	20. Jan.	6. Febr.	23. Mar.
1705.	d	15.	IV.	8. Febr.	25. Febr.	12. Apr.
1706.	c	16.	XV.	31. Jan.	17. Febr.	4. Apr.
1707.	b	17.	XXVI.	20. Febr.	9. Mar.	24. Apr.
1708.	A g	18.	VII.	5. Febr.	22. Febr.	8. Apr.
1709.	f	19.	XVIII.	27. Jan.	13. Febr.	31. Mar.
1710.	e	1.	*	16. Febr.	5. Mar.	20. Apr.
1711.	d	2.	XI.	1. Febr.	18. Febr.	5. Apr.
1712.	c b	3.	XXII.	24 Jan.	10. Febr.	27. Mar.
1713.	A	4.	III.	12. Febr.	1. Mar.	16. Apr.
1714.	g	5.	XIV.	28. Jan.	14. Febr.	1. Apr.
1715.	f	6.	XXV.	17. Febr.	6. Mar.	21. Apr.
1716.	e d	7.	VI.	9. Febr.	26. Febr.	12. Apr.
1717.	c	8.	XVII.	24. Jan.	10. Febr.	28. Mar.
1718.	b	9.	XXVIII.	13. Febr.	2. Mar.	17. Apr.
1719.	A	10.	IX.	5. Febr.	22. Febr.	9. Apr.
1720.	g f	11.	XX.	28. Jan.	14. Febr.	31. Mar.
1721.	e	12.	I.	9. Febr.	26. Febr.	13. Apr.
1722.	d	13.	XII.	1. Febr.	18. Febr.	5. Apr.
1723.	c	14.	XXIII.	24. Jan.	10. Febr.	28. Mar.
1724.	b A	15.	IV.	13. Febr.	1. Mar.	16. Apr.
1725.	g	16.	XV.	28. Jan.	14. Febr.	1. Apr.
1726.	f	17.	XXVI.	17. Febr.	6. Mar.	21. Apr.
1727.	e	18.	VII.	9. Febr.	26. Febr.	13. Apr.
1728.	d c	19.	XVIII.	25. Jan.	11. Febr.	28. Mar.
1729	b	1.	*	13. Febr.	2. Mart.	17. Apr.
1730.	A	2.	XI.	5. Febr.	22. Febr.	9. Apr.
1731.	g	3.	XXII.	21. Jan.	7. Febr.	29. Mar.
1732.	f e	4.	III.	10. Febr.	27. Febr.	14. Apr.

FESTO.

FESTORUM MOBILIUM.

Anni Domini.	Ascensio.	Pentecostes.	Corpus Christi.	Indictio.	Dominicæ post Pent.	Dominica I. Adventus.
1688.	27. Maij.	6. Junii.	17. Junii.	11.	24.	28. Novemb.
1689.	19. Maij.	29. Maij.	9. Junii	12.	25.	27. Novemb.
1690.	4. Maij.	14. Maij.	25. Maij.	13.	28.	3. Decemb.
1691.	24. Maij	3. Junii.	14. Junii.	14.	25.	2. Decemb.
1692.	15 Maij.	25. Maij.	5. Junii.	15.	26.	30. Novemb
1693.	30 April.	10. Maij.	21. Maij.	1.	28.	29. Novemb.
1694.	20. Maij.	30. Maij.	10. Junii.	2.	25.	28. Novemb.
1695.	12. Maij.	22. Maij.	2. Junii.	3.	26.	27. Novemb.
1696.	31. Maij.	10. Junii.	21 Junii.	4.	24.	2. Decemb.
1697.	16. Maij.	26. Maij.	6. Junii.	5.	26.	1. Decemb.
1698.	8. Maij.	18. Maij.	29 Maij.	6.	27.	30 Novemb.
1699.	28. Maij.	7. Junii.	18. Junii.	7.	24.	29. Novemb.
1700.	20. Maij.	30. Maij.	10. Junii.	8.	25.	28. Novemb.
1701.	5. Maij.	15. Maij.	26. Maij.	9.	27.	27. Novemb.
1702.	25 Maij	4. Junii.	15. Junii.	10.	25.	3. Decemb.
1703.	17. Maij.	27. Maij.	7. Junii.	11.	26.	2. Decemb.
1704.	1. Maij.	11. Maij.	22. Maij.	12.	28.	30. Novemb.
1705.	21. Maij.	31. Maij.	11. Junii.	13.	25.	29. Novemb.
1706.	13. Maij.	23. Maij.	3. Junii.	14.	26.	28. Novemb.
1707.	2. Junii.	12. Junii.	23 Junii.	15.	23.	27. Novemb.
1708.	17. Maij.	27. Maij.	7. Junii.	1.	26.	2. Decemb.
1709.	9. Maij.	19. Maij.	30. Maij.	2.	27.	1. Decemb.
1710.	29. Maij.	8. Junii.	19 Junii.	3.	24.	30. Novemb.
1711.	14. Maij.	24. Maij.	4 Junii.	4.	26.	29. Novemb.
1712.	5. Maij.	15. Maij.	26. Maij.	5.	27.	27. Novemb.
1713.	25. Maij.	4. Junii.	15. Junii.	6.	25.	3. Decemb.
1714.	10. Maij.	20. Maij.	31. Maij.	7.	27.	2. Decemb.
1715.	30. Maij.	9 Junii	20. Junii.	8.	24.	1. Decemb.
1716.	21. Maij.	31. Maij.	11 Junii.	9.	25.	29. Novemb.
1717.	6. Maij.	16. Maij.	27. Maij.	10.	27.	28. Novemb.
1718.	26 Maij.	5. Junii.	16. Junii.	11.	24.	27. Novemb.
1719.	18. Maij.	28. Maij.	8. Junii	12.	26.	3. Decemb.
1720.	9. Maij.	19. Maij	30. Maij.	13.	27.	1. Decemb.
1721.	22. Maij.	1. Junii.	12. Junii.	14.	25.	30. Novemb.
1722.	14. Maij.	24. Maij.	4. Junii.	15.	26.	29. Novemb.
1723.	6. Maij.	16. Maij.	27. Maij.	1.	27.	28. Novemb.
1724.	25. Maij.	4. Junii.	15. Junii.	2.	25.	3. Decemb.
1725.	10 Maij.	20. Maij.	31 Maij	3.	27.	2. Decemb.
1726.	30. Maij.	9. Junii.	20. Junii.	4.	24.	1. Decemb.
1727.	22. Maij.	1. Junii.	12. Junii.	5.	25.	30. Novemb.
1728.	6. Maij.	10. Maij.	27. Maij.	6.	27.	28 Novemb.
1729	26. Maij.	5. Junii.	16 Junii.	7.	24.	27. Novemb.
1730.	18. Maij.	28. Maij.	8. Junii.	8.	26.	3. Decemb.
1731.	3. Maij.	13. Maij.	24. Maij.	9.	28.	2 Decemb.
1732.	23. Maij.	2. Junii	13. Junii.	10.	25.	1. Decemb.

JANUARIUS.

Habet dies XXXI. Luna verò XXIX.

Cyclus Epact.	Litt. Dom.		Dies Mensis.	*Festa Sanctorum quorum officium juxta Breviarium Trevirense recitatur.*
*	A	Kal.	1	Circumcisio Domini.
XXIX.	b	IV.	2	Octava S. Stephani.
XXVIII.	c	III.	3	Octava S. Joannis.
XXVII.	d	Prid.	4	Octava SS. Innocentium.
25. XXVI.	e	Non.	5	Vigilia Epiphaniæ.
XXV.	f	VIII.	6	Epiphania Domini.
XXIV.	g	VII.	7	
XXIII.	A	VI.	8	
XXII.	b	V.	9	
XXI.	c	IV.	10	
XX.	d	III.	11	Comm. S. Hygini Papæ Martyris.
XIX.	e	Prid.	12	
XVIII.	f	Idib.	13	Octava Epiphaniæ. *Agritii I. Archi-Epis. & Confess. Trev.*
XVII.	g	XIX.	14	Felicis in Pincis.
XVI.	A	XVIII.	15	Mauri Abbatis & Confessoris.
XV.	b	XVII.	16	Marcelli Papæ & Martyris.
XIV.	c	XVI.	17	Antonii Abbatis & Confessoris.
XIII.	d	XV.	18	Priscæ Virginis & Martyris.
XII.	e	XIV.	19	Marii Marthæ Audifacis & Abachum Martyrum.
XI.	f	XIII.	20	Fabiani & Sebastiani Martyrum.
X.	g	XII.	21	Agnetis Virginis & Martyris.
IX.	A	XI.	22	Vincentii Martyris.
VIII.	b	X.	23	SS. Nominis JESU, comm. Emerentianæ & Macharii Mart.
VII.	c	IX.	24	Timothei Episcopi & Martyris.
VI.	d	VIII.	25	Conversio S. Pauli & comm. S. Præjecti Mart.
V.	e	VII.	26	*Mari Episcopi & Confes. Trevir.* comm. Polycarpi Episcopi & Martyris.
IV.	f	VI.	27	Joannis Chrysostomi Episcopi & Confessoris.
III.	g	V.	28	Agnetis octava comm. Caroli Magni Confessoris.
II.	A	IV.	29	*Valerii Episcopi & Confessoris Trevirensis.*
I.	b	III.	30	Aldegundis Virginis.
*	c	Prid.	31	Vigilii Papæ.

In hoc Mense nullum habes jejunium quod proclamandum sit: diebus Veneris & Sabbathi toto anni tempore abstinendum est Christianis omnibus ab esu Carnium, nisi in horum alterum incidat festum Nativitatis CHRISTI.

Parochiani tenentur servare festum Patroni suæ Parochiæ, licet ab aliis id non servetur, sicut Collegia & Monasteria.

FE-

FEBRUARIUS.

Habet dies XXVIII. Luna verò XXX.

Cyclus Epact.	Lit. Dom.	Dies Mensis.	
XXIX.	d	Kal.	1 Brigidæ Virginis & comm. S. Ignatii Episc. & Mart.
XXVIII.	e	IV.	2 Purificatio B. Mariæ Virginis.
XXVII.	f	III.	3 Blasii Episcopi & Martyris.
25. XXVI.	g	Prid.	4
XXV. XXIV.	A	Non.	5 Agathæ Virginis & Martyris.
XXIII.	b	VIII.	6 Dorotheæ Virginis & Martyris.
XXII.	c	VII.	7 Auguli Episcopi & Martyris.
XXI.	d	VI.	8 Pauli Episcopi & Confessoris
XX.	e	V.	9 Apolloniæ Virg. & Martyris.
XIX.	f	IV.	10 Scholasticæ Virginis & comm. Zotici Neræi & Hyacinthi Mart. & Gulielmi Confessoris.
XVIII.	g	III.	11
XVII.	A	Prid.	12
XVI.	b	Idib.	13 *Castoris Confessoris & Presbyteri Trevirensis.*
XV.	c	XVI.	14 Valentini Vitalis Feliculæ & Zenonis Martyr.
XIV.	d	XV.	15 *Severi Confessoris & Presbyteri Trevirensis.*
XIII.	e	XIV.	16 Julianæ Virginis & Martyris.
XII.	f	XIII.	17 *Bonosii Episcopi & Confessoris Trevirens.*
XI.	g	XII.	18 Simeonis Episcopi & Martyris.
X.	A	XI.	19 *Leontii Episcopi & Confes. Trevir.*
IX.	b	X.	20
VIII.	c	IX.	21
VII.	d	VIII.	22 Cathedra S. Petri Antiochiæ.
VI.	e	VII.	23 Vigilia & comm. *Celsi Episc. & Martyris Trevir.*
V.	f	VI.	24 Matthiæ Apostoli Patroni diœcesani cum octava, si venerit ante Quadragesimam, comm. *S. Modesti Episc. & Confes. Trevir.*
IV.	g	V.	25
III.	A	IV.	26
II.	b	III.	27
I.	c	Prid.	28
			29 Anno bissextili.

In anno bissextili festum S. Matthiæ die 25. celebratur.

In vigilia S. Matthiæ jejunium ex præcepto, quod promulgandum est. Si festum S. Matthiæ in feriam quartam Cinerum inciderit, eodem die Cinerum jejunium simul & celebratio fori, in choro autem festum solenniter feriâ quintâ subsequenti observabitur, juxta Decretum Rev.mi Datum Confluentiæ Anno 1573. more Trevirensi in Januario.

Nullum hìc aliud jejunium præceptum est nisi ratione quadragesimalis abstinentiæ, si illud incideret. Post primam Dominicam quadragesimæ incidit jejunium quatuor temporum, quod propter ordinandos semper & ubique observatum est.

MARTIUS

Habet dies XXXI. Luna verò XXIX.

Cyclus Epact.	Lit. Dom.		Dies Mensis.	
*	d	Kal.	1	
XXIX.	e	VI.	2	
XXVIII.	f	V.	3	Octava S. Matthiæ Apostoli.
XXVII.	g	IV.	4	*Basini Archi-Episc. & Confessoris Trevirensis.*
XXVI.	A	III.	5	
25. XXV.	b	Prid.	6	*Quiriaci Confessoris Trevirensis.*
XXIV.	c	Non.	7	Perpetuæ & Felicitatis Martyr. comm. Thomæ de Aquino Confessoris.
XXIII.	d	VIII.	8	
XXII.	e	VII.	9	
XXI.	f	VI.	10	
XX.	g	V.	11	
XIX.	A	IV.	12	Gregorii Papæ & Ecclesiæ Doctoris.
XVIII.	b	III.	13	
XVII.	c	Prid.	14	
XVI.	d	Idib.	15	Translatio S. Theodulphi Abbatis.
XV.	e	XVII	16	
XIV.	f	XVI.	17	Gertrudis Virginis.
XIII.	g	XV.	18	
XII.	A	XIV.	19	Josephi Confessoris anno 1675. in Patronum Rom. Imperii assumpti.
XI.	b	XIII.	20	Benedicti Abbatis & Confessoris.
X.	c	XII.	21	
IX.	d	XI.	22	
VIII.	e	X.	23	Annunciatio B. Mariæ Virginis:
VII.	f	IX.	24	*Felicis Archi-Episcopi & Confessoris Trevirensis.*
VI.	g	VIII.	25	
V.	A	VII.	26	
IV.	b	VI.	27	
III.	c	V.	28	
II.	d	IV.	29	
I.	e	III.	30	
*	f	Prid.	31	

Feriâ sextâ post Dominicam in Albis celebratur festum in choro SS. Tunicæ Clavorum & Lanceæ Domini.

In hunc mensem ferè quadragesimalis abstinentiæ jejunium incidit, quod omnes Christi fideles obligat.

Monentur omnes, ut in die Cinerum & Parasceves intersint officio divino.

Quatuor tempora celebrantur quartâ & sextâ feriâ ac sabbatho post primam Dominicam Quadragesimæ, ac tunc ex præcepto Ecclesiæ jejunandum.

Festum Annuntiationis ubicunque venerit post Palmarum, etiamsi post Pascha, in vigilia Palmarum in choro & foro servandum est. Similiter anticipatur festum S. Josephi, ad diem Veneris ante Palmarum dominicam.

APRI-

APRILIS.

Habet dies XXX. Luna verò XXIX.

Cyclus Epact.	Lit. Dom.		Dies Dom.	
XXIX.	g	Kal.	1	
XXVIII.	A	IV.	2	
XXVII.	b	III.	3	
25. XXVI.	c	Prid.	4	Ambrosii Episcopi & Doctoris Ecclesiæ.
XXV. XXIV.	d	Non.	5	
XXIII.	e	VIII.	6	
XXII.	f	VII.	7	
XXI.	g	VI.	8	
XX.	A	V.	9	
XIX.	b	IV.	10	
XVIII.	c	III.	11	Leonis Papæ & Confessoris.
XVII.	d	Prid.	12	
XVI.	e	Idib.	13	Euphemiæ Virginis & Martyris.
XV.	f	XVIII.	14	Tiburtii Valeriani & MaximiMartyrum.
XIV.	g	XVII	15	
XIII.	A	XVI.	16	
XII.	b	XV.	17	
XI.	c	XIV.	18	
X.	d	XIII.	19	
IX.	e	XII.	20	
VIII.	f	XI.	21	
VII.	g	X.	22	*Abrunculi Episcopi & Confessoris Trevirensis.*
VI.	A	IX.	23	
V.	b	VIII.	24	
IV.	c	VII.	25	Marci Evangelistæ.
III.	d	VI.	26	
II.	e	V.	27	
I.	f	IV.	28	Vitalis Martyris.
*	g	III.	29	
XXIX.	A	Prid.	30	Quirini Martyris.

In festo S. Marci oportet interesse processioni, & nisi inciderit infra octavam paschæ, à carnibus, ex majorum traditione, abstinere. Quodsi festum S. Marci incidat in diem paschæ, processio & Litaniæ transferuntur in feriam tertiam ex Decreto Congregat. SS. Rituum anno 1617. 25. Sebtemb. dato: ne populus impediatur à communione paschali. Similiter ex ea ratione si incidat in octavam Paschæ seu Dom. in Albis, & processio ad locum talem haberi consuevit, ut communio non impediatur, transfertur in diem sequentem.

Abstinentia similis servabitur in septimana quæ Rogationum seu Crucis nuncupabitur, quum Christianus orbis Deo publicè supplicat.

MA-

MAJUS.

Habet dies XXXI. Luna verò XXIX.

Cyclus Epact.	Lit. Dom.		Dies Mensis.	
XXVIII.	b	Kal.	1	Philippi & Jacobi Apostolorum. Walpurgis Virg.
XXVII.	c	VI.	2	
XXVI.	d	V.	3	Inventio S. Crucis, comm. Alexandri Euentii Juvenalis & Theoduli Mart.
	e			
25. XXV.		IV.	4	
XXIV.	f	III.	5	*Britonii Episcopi & Confessoris Trevir.*
XXIII.	g	Prid.	6	Joannis ante portam latinam.
XXII.	A	Non.	7	
XXI.	b	VIII.	8	
XX.	c	VII.	9	Translatio S. Nicolai Episcopi & Confessoris.
XIX.	d	VI.	10	Gordiani & Epimachi Martyrum.
XVIII.	e	V.	11	
XVII.	f	IV.	12	*Modoaldi Episc. & Confess. Trevir.* & comm. Nerei Achillei atque Pancratii Martyrum.
XVI.	g	III.	13	Mariæ ad Martyres & comm. Gangolphi Martyris & Servatii Episcopi & Confessoris.
XV.	A	Prid.	14	
XIV.	b	Idib.	15	
XIII.	c	XVII.	16	
XII.	d	XVI.	17	
XI.	e	XV.	18	
X.	f	XIV.	19	Pudentianæ Virginis.
IX.	g	XIII.	20	
VIII.	A	XII.	21	
VII.	b	XI.	22	
VI.	c	X.	23	
V.	d	IX.	24	
IV.	e	VIII.	25	Urbani Papæ & Martyris.
III.	f	VII.	26	
II.	g	VI.	27	
I.	A	V.	28	Germani Episcopi & Confessoris.
*	b	IV.	29	*Maximini Episcopi & Confessoris Trevirensis.*
XXIX.	c	III.	30	
XXVIII.	d	Prid.	31	Petronillæ Virginis.

Infra Pascha & Pentecosten nullum est ex Ecclesiæ præcepto jejunium. Ut post Pascha sic etiam post Pentecosten duobus immediatè sequentibus diebus feriandum est.

Dominicâ primâ Maij est Dedicatio Metropol. Trevirens. Ecclesiæ.

Ascensionis Dominicæ festum, quod in hunc ferè mensem incidit celebrandum.

Feriâ quartâ, sextâ & Sabbatho post Pentecosten jejunium est quatuor temporum, Ecclesiæ præcepto observandum.

JU-

JUNIUS.

Habet dies XXX. Luna verò XXIX.

Cyclus Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		
XXVII.	c	Kal.	1	*Simeonis Confessoris Trevir.* & comm. Nicomedis Martyris.
25. XXVI.	f	IV.	2	Marcellini & Petri Martyrum
XXV. XXIV.	g	III.	3	Erasmi Episcopi & Martyris.
XXIII.	A	Prid.	4	Quirini Episcopi & Martyris.
XXII.	b	Non.	5	Bonifacii Episcopi & sociorum Martyrum.
XXI.	c	VIII.	6	Arthemii cum familia Martyrum.
XX.	d	VII.	7	Pauli Episcopi & Martyris.
XIX.	e	VI.	8	Medardi Episcopi & Confessoris.
XVIII.	f	V.	9	Primi & Feliciani Martyrum.
XVII.	g	IV.	10	*Fortunati Episc. & Confess. Trev.* & com. Getulii mart.
XVI.	A	III.	11	Barnabæ Apostoli.
XV.	b	Prid.	12	Basilidis Cirini Naboris & Nazarii atq; Celsi mart.
XIV.	c	Idib.	13	*Felicula Virginis Trevir.*
XIII.	d	XVIII	14	*Rustici Martyris & comm. Basilii Magni* Episc. & Confess.
XII.	e	XVII	15	Viti Modesti & Crescentiæ Martyrum.
XI.	f	XVI.	16	Aurei Episc. Moguntini & Justinæ sororis Martyris.
X.	g	XV.	17	Aviti Presbyteri & Confessoris.
IX.	A	XIV.	18	Marci & Marcelliani Martyrum.
VIII.	b	XIII.	19	Gervasii & Protasii Martyrum.
VII.	c	XII.	20	*Maximini Episcopi & Martyris Trevirensis.*
VI.	d	XI.	21	Albani Martyris.
V.	e	X.	22	Decem millium Martyrum.
IV.	f	IX.	23	Vigilia & comm. Ediltrudis Virginis.
III.	g	VIII.	24	Nativitas S. Joannis Baptistæ.
II.	A	VII.	25	*Adalberti Confessoris Treviren.*
I.	b	VI.	26	Joannis & Pauli Martyrum.
*	c	V.	27	Septem dormientium Martyrum.
XXIX.	d	IV.	28	Vigilia & comm. Leonis Papæ & Confess.
XXVIII.	e	III.	29	Petri & Pauli Apostolorum.
XXVII.	f	Prid.	30	Commemoratio S. Pauli Apostoli.

In vigilia S. Joannis & Apostolorum Petri & Pauli jejunium ab Ecclesia præceptum, populo promulgandum est.

In festo Corporis Christi omnes moneat Pastor, ut pro tanto Dei beneficio gratias agant, & fidem Catholicam piâ veneratione protestentur. Quod si hoc festum inciderit in vigiliam S. Joannis, non est jejunium nec abstinentia juxta constitut. Urbani VIII. Pap. anno 1638. die 13. Octob. emanatam.

***

JULI-

JULIUS.

Habet dies XXXI. Luna verò XXIX.

Cyclus Epact.	Litt. Dom.		Dies Mensis.	
XXVI.	g	Kal.	1	Octava S. Joannis Baptistæ, & comm. S. Theobaldi Conf. & Apostol.
25. XXV.	A	VI.	2	Visitatio B. Mariæ Virginis & comm. Processi & Martiniani Martyrum.
XXIV.	b	V.	3	Commemoratio Apostol. & Translationis S. Thomæ Apost.
XXIII.	c	IV.	4	Commem. Apost. & Translat. S. Martini Episcopi.
XXII.	d	III.	5	Commem. Apost. *& Numeriani Episc. Trev.* & Translat. S. Wendelini.
XXI.	e	Prid.	6	Octava Apostolorum Petri & Pauli.
XX.	f	Non.	7	*Goaris Episc. & Mart. Trev.* & comm. *Natuiti Episc. & Mart. Trev.*
XIX.	g	VIII.	8	*Auspicii Epis. & Mart. Trev.* Kyliani ac socior. Mart.
XVIII.	A	VII.	9	Octava Visit. Mariæ & comm. Cyrilli Episc. & Mar.
XVII.	b	VI.	10	Romæ septem fratrum Martyrum.
XVI.	c	V.	11	*Hildulphi Episcopi & Confessoris Trevir.*
XV.	d	IV.	12	Felicis & Naboris Mart.
XIV.	e	III.	13	Margarethæ Virginis & Mart.
XIII.	f	Prid.	14	*Iusti Confess. Trev.* & Henrici Imperatoris Confess.
XII.	g	Idib.	15	Divisio Apostolorum.
XI.	A	XVII	16	*Valentini Episcopi & Martyris Trev.*
X.	b	XVI.	17	Alexii Confessoris.
IX.	c	XV.	18	Symphorosæ & septem filiorum Martyrum.
VIII.	d	XIV.	19	*Martini Episcopi & Martyris Trevir.*
VII.	e	XIII.	20	*Severæ Anastasiæ Modestæ & Glodesindæ Virginum Trev.*
VI.	f	XII.	21	Praxedis Virginis & comm. Victoris Martyris.
V.	g	XI.	22	Mariæ Magdalenæ.
IV.	A	X.	23	Apollinaris Episc. & Mart. & com. *Liborii Epis. & Conf.*
III.	b	IX.	24	Vigilia & comm. Christinæ Virginis & Mart.
II.	c	VIII.	25	Jacobi Apostoli & comm. Christophori Mart. & *Magnerici Episc. & Confess. Trevir.*
I.	d	VII.	26	Annæ Matris B. Mariæ Virg. & com. *Beati Conf. Trev.*
*	e	VI.	27	Hermolai Presb. & Mart. & comm. Translat. Caroli Magni Conf.
XXIX.	f	V.	28	Pantaleonis Martyris.
XXVIII.	g	IV.	29	Felicis Papæ simplicii Faustini & Beatricis Martyr. & Marthæ Virginis.
XXVII.	A	III.	30	Abdon & Sennen Martyrum.
25. XXVI.	b	Prid.	31	*Banti Confess. Trevir.* & Germani Episc. & Confess.

In vigilia S. Jacobi jejunium ex præcepto.

AU-

AUGUSTUS.

Habet dies XXXI. Luna verò XXX.

Cyclus Epact.	Lit. Dom.		Dies Mensis.	
XXV. XXIV.	c	Kal.	1	Vincula S. Petri & comm. Machabæorum Mart.
XXIII.	d	IV.	2	Stephani Papæ & Martyris.
XXII.	e	III.	3	Inventio S. Stephani Proto-Martyr.
XXI.	f	Prid.	4	Justi Episc. & Confess. Justini Presbyteri & Conf.
XX.	g	Non.	5	Dominici Confessoris, comm. Osvvaldi Regis Mart.
XIX.	A	VIII.	6	Transfiguratio Domini, & comm. Sixti, Felicissimi & Agapiti Martyrum.
XVIII.	b	VII.	7	Mariæ Ægyptiacæ & Afræ, & comm. Donati Epis. & Mart.
XVII.	c	VI.	8	Cyriaci & Sociorum Mart.
XVI.	d	V.	9	Vigilia & comm. Romani Mart.
XV.	e	IV.	10	Laurentii Martyris.
XIV.	f	III.	11	Tiburtii Martyris & comm. octavæ S. Laurentii.
XIII.	g	Prid.	12	Claræ Virginis & comm. Eupli Mart. & octavæ.
XII.	A	Idib.	13	Hyppoliti & sociorum martyrum & comm. octavæ
XI.	b	XIX	14	Vigilia cum comm. Eusebii Confess. & octavæ.
X.	c	XVIII	15	Assumptio B. Virginis Mariæ.
IX.	d	XVII	16	De octava Assumpt. & comm. Arnulphi Epis. Conf. & oct. S. Laur.
VIII.	e	XVI.	17	Octava S. Laurentii & comm. octavæ Assumption.
VII.	f	XV.	18	Helenæ Reginæ & com. oct. Assumpt. & Agapiti Ma.
VI.	g	XIV.	19	Arnulphi Episc. & Confess. comm. oct. Assumpt. & Helenæ & Magni Mart.
V.	A	XIII.	20	Bernardi Abbatis & Confess. comm. octavarum & *Auctoris Episcopi & Confessoris Trevirensis.*
IV.	b	XII.	21	De octava Assumpt. & comm. octavæ S. Helenæ.
III.	c	XI.	22	Octava Assumptionis comm. oct. S. Helenæ, Timothei & Socior. mart.
II.	d	X.	23	De octava S. Helenæ, & comm. vigiliæ & Timothei & Apollinaris mart.
I.	e	IX.	24	Bartholomæi Apostoli & comm. octavæ.
*	f	VIII.	25	Octava S. Helenæ & comm. Genesii martyr.
XXIX.	g	VII.	26	Irenæi & Abundii martyrum.
XXVIII.	A	VI.	27	Rufi martyris.
XXVII.	b	V.	28	Augustini Epis. Doct. Eccl. & com. Hermetis mart.
XXVI.	c	IV.	29	Decollatio S. Joannis Baptistæ & com. Sabinæ Mar.
25. XXV.	d	III.	30	Felicis & Adaucti martyrum.
XXIV.	e	Prid.	31	*Paulini Episcopi & Martyris Trevirensis.*

Triplex jejunium ab Ecclesia præceptum, hoc mense populo promulgandum. In vigilia S. Laurentii, Assumptionis, & Bartholomæi.

SEPTEMBER.

Habet dies XXX. Luna verò XXIX.

Cyclus Epact.	Lit. Dom.		Dies Mensis.	
XXIII.	f	Kal.	1	Inventio S. Matthiæ Apostoli, comm. Ægydii Abbatis & Prisci Martyris.
XXII.	g	IV.	2	Justi Episcopi & Confessoris, & comm. Antonii Martyris.
XXI.	A	III.	3	Remacli & Mansueti Episcoporum.
XX.	b	Prid.	4	*Marcelli Episcopi & Martyris Trevirensis.*
XIX.	c	Non.	5	Ferreoli & Ferrucii Martyrum.
XVIII.	d	VIII.	6	Magni Confessoris.
XVII.	e	VII.	7	Reginæ Virginis.
XVI.	f	VI.	8	Nativitas B. Mariæ Virginis, & comm. S. Adriani Mart.
XV.	g	V.	9	Gorgonii Martyris.
XIV.	A	IV.	10	
XIII.	b	III.	11	Prothi & Hyacinthi Martyrum.
XII.	c	Prid.	12	*Translationis S. Maximini Episc. & Confess. Trevir.*
XI.	d	Idib.	13	Materni Episcopi & Confessoris.
X.	e	XVIII.	14	Exaltatio S. Crucis & comm. Cornelii & Cypriani Martyr.
IX.	f	XVII.	15	Octava Nativitatis B. Mariæ & comm. Nicomedis Martyr.
VIII.	g	XVI.	16	Euphemiæ Luciæ & Geminiani Martyrum.
VII.	A	XV.	17	Lamberti Episcopi & Martyris.
VI.	b	XIV.	18	Trophini & Ferreoli Martyrum.
V.	c	XIII.	19	Januarii & sociorum Martyr. *Mileti Episc. & Confess. Trevir.*
IV.	d	XII.	20	Vigilia & comm. *Quiriaci Episc. & Confess. Treviren.*
III.	e	XI.	21	Matthæi Apostoli & Evangelistæ.
II.	f	X.	22	Mauritii & sociorum Martyrum.
I.	g	IX.	23	Teclæ Virginis & Martyris.
*	A	VIII.	24	Conceptio S. Joannis Baptistæ.
XXIX.	b	VII.	25	Firmini Episcopi & Martyris.
XXVIII.	c	VI.	26	Cypriani & Justinæ Martyrum.
XXVII.	d	V.	27	Cosmæ & Damiani Martyrum.
25. XXVI.	e	IV.	28	*Ludvvini Episcopi & Confessoris Trevirensis.*
XXV. XXIV.	f	III.	29	Dedicatio S. Michaëlis Archangeli.
XXIII.	g	Prid.	30	Hieronymi Confessoris & Doctoris Ecclesiæ.

In vigilia S. Matthæi jejunium ex præcepto.

Post Crucis exaltationem jejunium quatuor temporum incidit, ex majorum traditione servandum ac jejunandum.

OCTO-

OCTOBER.

Habet dies XXXI. Luna verò XXX.

Cyclus Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		
XXII.	A	Kal.	1	*Nicetii Episc. & Confess. Trevir.* & comm. Remigii Vedasti & Amandi Episcoporum & Bavonis Episcoporum.
XXI.	b	VI.	2	Leodegarii Episcopi & Martyris.
XX.	c	V.	3	Duorum Evaldorum Presbyterorum Martyrum.
XIX.	d	IV.	4	*Tirsi Ducis & socior. Martyr. & comm. Francisci Confess.*
XVIII.	e	III.	5	*Palmatii & sociorum Martyrum Trevir.*
XVII.	f	Prid.	6	*Innumerabilium Martyrum Trevirensium.*
XVI.	g	Non.	7	Marci Papæ. comm. Marcelli Apulei, Sergii & Bacchi Martyr.
XV.	A	VIII.	8	*Metropoli Episcopi & Martyris Trevir.*
XIV.	b	VII.	9	Dionysii Rustici & Eleutherii Martyr.
XIII.	c	VI.	10	Gereonis & sociorum Martyr.
XII.	d	V.	11	Tarachi Probi & Andronici Martyr.
XI.	e	IV.	12	Cleti Papæ & Martyris.
X.	f	III.	13	*Lubentii Presbyteri & Confessoris Trevir.*
IX.	g	Prid.	14	*Rustici Episc. & Confess. Trevir.* comm. Calixti Papæ & Martyr.
VIII.	A	Idib.	15	*Severi Episc. & confess. Trevir.* & comm. Maurorum Martyr.
VII.	b	XVII	16	Galli Abbatis & Confessoris.
VI.	c	XVI.	17	*Florentii Episcopi & Martyris Trevir.*
V.	d	XV.	18	Lucæ Evangelistæ.
IV.	e	XIV.	19	Desiderii Episcopi & Confessoris.
III.	f	XIII.	20	Caprasii Martyris.
II.	g	XII.	21	Undecim millium Virginum Martyrum, comm. Wendelini Conf.
I.	A	XI.	22	Severi Episcopi & Confessoris Ravennatum.
*	b	X.	23	*Translatio S. Materni Episcopi & Confessoris Trevir.*
XXIX.	c	IX.	24	*Severini Episcopi & Martyris Trevir.*
XXVIII.	d	VIII.	25	Crispini & Crispiniani Martyrum.
XXVII.	e	VII.	26	Translatio Vedasti & Amandi Episcoporum.
XXVI.	f	VI.	27	Vigilia & comm. Polycarpi Confessoris.
25. XXV.	g	V.	28	Simonis & Judæ Apostolorum.
XXIV.	A	IV.	29	Terentii & Narcissi Episcoporum.
XXIII.	b	III.	30	Saturnini Martyris.
XXII.	c	Prid.	31	Vigilia & comm. Quintini Martyris.

In vigilia SS. Simonis & Judæ jejunium ex præcepto.

Item in vigilia omnium Sanctorum, quæ est ultimo hujus mensis, jejunium ex præcepto.

NOVEMBER.

Habet dies XXX. Luna verò XXIX.

Cyclus Epact.	Litt. Dom.		Dies Mensis.	
XXI.	d	Kal.	1	Festum omnium Sanctorum, comm. Cæsarii Martyr.
XX.	e	IV.	2	Eustachii & socior. Martyr. comm. omnium fidel. defunctor.
XIX.	f	III.	3	Huberti & Pirmini Episcoporum.
XVIII.	g	Prid.	4	*Modestæ Virginis Trevirensis.*
XVII.	A	Non.	5	*Fibicii Episcopi & Confessoris Trevirensis.*
XVI.	b	VIII.	6	Leonardi Abbatis & Confessoris.
XV.	c	VII.	7	*Willibrordi Episc. & Confess. & comm. Weomadi Episc. Conf. Trevir.*
XIV.	d	VI.	8	Quatuor coronatorum Martyrum.
XIII.	e	V.	9	Theodori Martyris.
XII.	f	IV.	10	Martini Papæ & Martyr.
XI.	g	III.	11	Martini Episcopi & Confessoris, comm. Menæ Mart.
X.	A	Prid.	12	Cuniberti Episcopi & Confessoris.
IX.	b	Idib.	13	Brictii Episcopi & Confessoris.
VIII.	c	XVIII.	14	Clementini Martyris.
VII.	d	XVII.	15	
VI.	e	XVI.	16	Othmari Abbatis & Confessoris.
V.	f	XV.	17	Florini Confessoris.
IV.	g	XIV.	18	Octava S. Martini.
III.	A	XIII.	19	Elisabeth Landgraviæ & comm. Gelasii Papæ & Mart.
II.	b	XII.	20	Pontiani Papæ & Martyris.
I.	c	XI.	21	Præsentatio B. Mariæ Virginis, comm. Columbani Abbatis & Confessoris.
*	d	X.	22	Cæciliæ Virginis & martyris.
XXIX.	e	IX.	23	Clementis Papæ & Martyr. & comm. Felicitatis cum septem filiis Martyribus.
XXVIII.	f	VIII.	24	Chrysogoni martyris.
XXVII.	g	VII.	25	Catharinæ Virginis & martyris.
25. XXVI.	A	VI.	26	*Sebaudi Episcopi & Confessoris Trevirensis.*
XXV. XXIV.	b	V.	27	Optati Episcopi & Confessoris.
XXIII.	c	IV.	28	Gregorii Papæ & Martyris.
XXII.	d	III.	29	Vigilia cum comm. Saturnini Chrysanthi & Dariæ Mart.
XXI.	e	Prid.	30	Andreæ Apostoli.

In die animarum omnes interfint officio divino pro fidelibus defunctis.

In vigilia S. Andreæ Apostoli jejunium ex præcepto. Adventus Domini inchoatur Dominicâ proximiori festo S. Andreæ; vel ipso die S. Andreæ si in Dominicam inciderit.

DE-

DECEMBER.

Habet dies XXXI. Luna verò XXX.

Cyclus Epact.	Lit. Dom.		Dies Mensis.	
XX.	f	Kal.	1	Eligii Episcopi & Confess. Longini Mart.
XIX.	g	IV.	2	
XVIII.	A	III.	3	
XVII.	b	Prid.	4	Barbaræ Virginis & Martyris.
XVI.	c	Non.	5	
XV.	d	VIII.	6	Nicolai Episcopi & Confessoris.
XIV.	e	VII.	7	Octava Andreæ Apostoli.
XIII.	f	VI.	8	Conceptio B. Virginis Mariæ.
XII.	g	V.	9	*S. Eucharii Episc. & confess. Trevirensis, & comm.* Ananastasiæ Virginis Trevir.
XI.	A	IV.	10	
X.	b	III.	11	
IX.	c	Prid	12	
VIII.	d	Idib.	13	Luciæ Virginis & Martyris.
VII.	e	XIX.	14	
VI.	f	XVIII.	15	
V.	g	XVII	16	
IV.	A	XVI.	17	
III.	b	XV.	18	Irminæ Virginis Trevirensis.
II.	c	XIV.	19	
I.	d	XIII.	20	Vigilia.
*	e	XII.	21	Thomæ Apostoli.
XXIX.	f	XI.	22	
XXVIII.	g	X.	23	Gregorii Spoletani Martyris.
XXVII.	A	IX.	24	Vigilia.
XXVI.	b	VIII.	25	NATIVITAS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.
XXV.	c	VII.	26	Stephani Proto-Martyris & comm. de Nativitate per octavam.
XXIV.	d	VI.	27	Joannis Apostoli & Evangelistæ.
XXIII.	e	V.	28	SS. Innocentium Martyrum.
XXII.	f	IV.	29	Thomæ Cantuarienſis Episcopi & Martyris.
XXI.	g	III.	30	De Dominica infra octavam Nativitatis Christi.
XX.	A	Prid.	31	Sylvestri Papæ & Confessoris.

Quatuor tempora hoc mense celebrantur 4. & 6. feriis ac sabbatho post tertiam Dominicam Adventûs sive post S. Luciæ festum, jejunandum est ex præcepto.

In vigilia S. Thomæ & Nativitatis Domini jejunandum ex præcepto.

In Adventu quisque memor redemptionis humanæ, oratione, verbi Dei auscultatione, abstinentiâ & confessione præparet se pro sua devotione ad susceptionem ejus, qui pabulum factus animarum, voluit reclinari in præsepio.

De

De Calendario Gregoriano & Julianæo.

ANno Christi 1582. à Gregorio XIII. Papa, operâ P. Christophori Clavii Bambergensis Calendarium Julianæum correctum, & universo quidem orbi æquissima ac urgentissima ejusdem correctionis & reformationis causa proposita: ob vigentes autem tunc Principum protestantium simultates non ubique in Imperio Romano reformatio seu correctio recepta fuit, magis ex odio Papæ, quàm ex allatis ab adversa parte rationibus politicis. Viderant Astrologi plures, uti & Stœfflerus Professor Tubingensis in suo Calendario magno, quod anno 1518. ediderat, correctionis esse causam æquissimam. Cum enim Concilium Nicænum anno Christi 325. celebratum, decrevisset pascha, ex quo reliqua festa mobilia dependent, celebrandum esse die dominico qui proximè succedit decimæ quartæ lunæ primi mensis, primus autem mensis apud Hebræos sit ille, cujus decima quarta luna, vel cadit in diem verni æquinoctii, vel ipsum propiùs sequitur, & animadversum fuisset in decursu plusquam mille annorum ab eo Concilio usque ad tempora Gregorii XIII. Papæ, illud æquinoctium retroactum fuisse, ex ratione sive occasione, quòd cum annus solaris contineret 365. dies & 5. horas cum minutis 49. antequam ad idem cursus sui punctum revertatur; post decursum verò 365. dierum annus denuò inchoatus fuerit, etiamsi sol necdum ad idem punctum cursus sui incepti redierit, & superfluarum horarum causâ, sive ad moram eò usque, donec eò reverteretur, protrahendam, quarto anno, quem bissextilem nuncupamus, juxta Julianæum Calendarium integer dies continuò insertus fuisset, cùm tamen 5. horæ & 49. minuta, quaternis annis non diem integrum, sed fermè quadrantem horæ minùs conficiant. Idcirco constitutum fuit, ut eo anno correctionis, videlicet 1582. post diem quartam mensis Octobris S. Francisco sacram, sequens dies non esset quinta sed decima quinta Octobris, & sic præcurrendo, error ille qui tot annorum circulis irrepserat, & Calendarium Julianæum eo tempore corrigeretur. Hâcque correctione Calendarii æquinoctium rediit ad illud tempus in quo fuit sub Nicænis Patribus; sicque in rei veritate Gregorianum Calendarium concordat cum antiquiore, quod fuit tempore Concilii Nicæni.

Atque ut imposterum idem error vitaretur, ne à XII. Calendas Aprilis æquinoctium vernum recederet, statuit idem Gregorius, bissextum quarto quoque anno (ut mos est) continuari debere, præterquam in centesimis annis, qui quamvis bissextiles antea semper fuerint, qualem etiam esse voluit annum 1600. anno illi correctionis proximum, post eum tamen deinceps centesimi non omnes bissextiles essent, sed in quadringentis quibusque annis primi tres centesimi sine bissexto transigerentur, quartus verò quisque centesimus esset bissextilis; ita ut nunc annus 1700. bissextilis non sit futurus, sed ultimus bissextilis hujus sæculi sit 1696. & post illum non sequatur bissextilis ante 1704.

Et nisi illi qui antiquum Calendarium adhuc observant, circa annum 1700. constitutionem hanc Gregorianam in jam dicto passu imitentur, & nobiscum admittant annum bissextum & intercalationem unius diei, deinceps sequente sæculo à festis juxta Gregorianum Calendarium celebrandis, ulteriore die distabunt.

Quæres. An religiosi in locis, ubi viget etiamnum usus Calendarii Julianæi seu antiqui (cujusmodi & hæc diœcesis habet) compelli possint ab Episcopis ad se se conformandum ejusdem usui?

Respond. affirmativè, cum Episcopis liceat compellere Regulares, ut morem ejusmodi locorum observent. *cap. illa* 11. *dist.* 12. & quantum ad Catholicos in ejusmodi locis, Calendarii Gregoriani exclusio, non ab iniquo erga supremum Ecclesiæ præsidem affectu profluxerit: sed ob majus bonum cedendum fuerit necessitati.

DE

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

Quid sit Sacramentum?

SAcramentum est invisibilis gratiæ signum visibile, ita ut ejus imaginem gerat, & causa existat. Nam Sacramentum, ut ait S. Augustin. est, in quo sub tegumento rerum visibilium divina virtus operatur salutem.

De Materia, & Forma.

IN omni Sacramento est signum visibile, sive sensibile, id est, sensu aliquo exteriori perceptibile. Et hæc signa constant ex materia, & forma, sive ut dicit S. August. ex elemento, & verbo, accedit, inquit, verbum ad elementum, & fit Sacramentum. Hæc duo ita essentialia sunt, ut defectu alterutrius ratio Sacramenti non subsistat: propterea in administratione Sacramentorum Parochi materiam eorum, & formam probè noscant. *Tract. 8. in Ioan.*

De Effectu Sacramentorum.

EFfectus Sacramentorum est gratia: licet enim Deus sit author, & largitor gratiæ ut causa principalis, utitur tamen Sacramentis ut causâ instrumentali: dum enim Sacramenta hominibus adhibentur, gratia divina ex virtute passionis Christi eis confertur.

Trium videlicet Baptismi, Confirmationis, & Ordinis insuper est ulterior effectus, qui dicitur character, & est qualitas supernaturalis animæ suscipientis indelebiliter inhærens, tanquam signum certi Sacramenti ritè suscepti, adeóque potestatis specialis in ordine ad cultum divinum per illud collatæ: proin illa Sacramenta iterari non possunt.

De Sacramentis in genere.

De numero Sacramentorum.

EA sunt septem, scilicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema unctio, Ordo, & Matrimonium.

Plura super præmissis docet liber Christianæ Institutionis editus in Concil. Provinciali Treviren. Anno 1549. item Constitutiones Lotharii Archi-Episcopi Anno 1622. Clero Trevirensi promulgatæ.

Cæterum illorum tantummodo Sacramentorum ritus, quorum Administratio Parochis, aliisque curam animarum gerentibus incumbit, hoc opere præscribere visum fuit: cujusmodi sunt Baptismus, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema unctio, & Matrimonium. Reliqua verò duo Sacramenta, cum Episcopali propria sint muneri, Pontificale Rom. suos ritus subministrat: ea etiam, quæ de iis scire, servare, aut docere Pastores obligantur, alii passim libri abundè suggerunt; si quidem in his Agendis de iis hìc ferè tantùm agere instituti operis ratio postulat, quæ ad functiones Pastorales ex officio obeundas pertinent: de Confirmatione tamen ad promptiorem confirmandorum instructionem illis à Parocho præstandam paucula adjicere visum fuit.

DE IIS, QUÆ IN SACRAMENTORUM Administratione generaliter servanda sunt.

UT ea, quæ ex antiquis Catholicæ Ecclesiæ institutis, & SS. Canonum, summorúmque Pontificum decretis de Sacramentorum ritibus, ac cæremoniis hoc libro præscribuntur, quâ par est, diligentiâ, ac religione custodiantur, & ubique fideliter serventur; Illud ante omnia scire, & observare convenit, quod Sacrosancta Trident. Synodus de iis ritibus decrevit, in hæc verba.

Sess 7. Can. 3. Si quis dixerit receptos, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solenni Sacramentorum Administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à Ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcúnque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, anathema sit.

Cum

Cum igitur in Ecclesia Dei nihil sanctius, aut utilius, nihilque excellentius, aut magis Divinum habeatur, quàm Sacramenta ad humani generis salutem à Christo Domino instituta; Parochus, vel quivis alius Sacerdos, ad quem eorum administratio pertinet, meminisse inprimis debet se sancta tractare; atque omni ferè temporis momento ad tam sanctæ administrationis officium paratum esse oportere.

Quamobrem illud perpetuò curabit, ut integrè, castè, pieque vitam agat: nam, etsi Sacramenta ab impuris coinquinari non possunt, neque à pravis Ministris eorum effectus impediri; impurè tamen, & indignè ea ministrantes, in æternæ mortis reatum incurrunt. Sacerdos ergo, si fuerit peccati mortalis sibi conscius (quod absit) ad Sacramentorum administrationem non audeat accedere nisi priùs corde pœniteat: sed, si habeat copiam confessarii, & temporis, locique ratio ferat, convenit confiteri.

Quâcunque diei, ac noctis horâ ad Sacramenta administranda vocabitur, nullam officio suo præstando [præsertim si necessitas urgeat] moram interponat. Ac propterea populum sæpè prout se offeret occasio, prænonebit, ut, cum sacro ministerio opus fuerit, se quamprimùm advocet nullâ temporis, aut cujusmodi incommodi habitâ ratione.

In omni Sacramentorum administratione superpelliceo sit indutus, & desuper stolâ ejus coloris, quem Sacramenti ritus exposcit; nisi in Sacramento Pœnitentiæ ministrando, occasio, vel consuetudo, vel locus interdum aliter suadeat.

In Sacramentorum administratione, eorum virtutem, usum, ac utilitatem, & cæremoniarum significationes, ut Concil. Trident. præcipit, & SS. Patrum, & Catechismi Rom. doctrina, ubi commodè fieri poterit, diligenter explicabit.

Fidelibus alienæ Parochiæ Sacramenta non ministrabit, nisi necessitatis causâ, vel de licentia Parochi, seu ordinarii.

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

Baptismus est Sacramentum novæ legis constans ablutione aquæ, & prolatione formæ à Christo præscriptæ, significantibus spiritualem hominis regenerationem. Sine hoc, re vel voto suscepto, nemo salvari potest, aut cum Ecclesia Catholica ullam habere communionem, nec in cœmiterio fidelium sepeliri.

De Sacramento Baptismi.

De Materia, & Forma Baptismi.

MAteria est aqua naturalis, seu elementaris, putei, fontis, paludis, pluviæ &c.

EXtra necessitatem Baptismus sine aqua, Chrismate novo illius anni, & sacerdotis oratione singulis annis in vigilia Paschæ, aut Pentecostes sanctificatâ, absque peccato conferri nequit.

FOrma Baptismi (quam verbum vitæ vocat Apostolus) est: **Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti.** Quovis idiomate forma proferri potest; imò Parochi obstetrices docere debent, ut vernaculo sermone in necessitate baptizent.

De Ministro.

PRoprius Minister hujus Sacramenti est Episcopus in sua Diœcesi, & Parochus in sua parochia, & Sacerdos ab eis delegatus. Diaconis verò sine Episcopi, aut Parochi licentia ordinariè quenquam baptizare non licet, ut plurima SS. Patrum testimonia probant. Vide Concil. Florent. in Decreto Eugenii IV.

IN necessitate sine solennibus cæremoniis baptizare possunt laici quicunque, fœminæ, Pater, & Mater (qui si alius quis haberi possit, à baptizando abstinebunt, ob cognationem spiritualem inter se contrahendam usum matrimonii impedientem) etiam Hæretici, modò servatis legitimis materiâ, & formâ, hoc facere velint, quod Christus, & Ecclesia in hac ablutione intendit. Notandum tamen, quod si adsit Sacerdos, Diacono præferatur, Clericus laico, & vir fœminæ; nisi pudoris gratiâ deceat fœminam potiùs, quam virum baptizare infantem non omninò editum; vel nisi meliùs fœmina modum, & formam baptizandi sciret. Nec Parochus alienum parochianum baptizare præsumat, nisi necessitas aliud suaderet. Parochus baptizatorum, eorundemque Parentum, & Patrinorum nomina libro Ecclesiæ cum anno, mense, & die inscribat.

De Suscipientibus Baptismum.

QUivis homo viator nondum baptizatus est subjectum Baptismi capax: Marci enim ult. dicitur: prædicate Evangelium omni creaturæ, qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit. Quo citiùs autem infantibus Baptismus confertur, eò securiùs ob naturæ imbecillitatem. *

* *Conſtit. Lotharii Arch. de A. 1622.*

Infan-

Infantes Infidelium invitis parentibus extra mortis periculum licitè baptizari ante usum rationis non possunt, nisi parentes Christianorum essent mancipia.

Monstra, si post diligens examen constet esse homines, baptizanda sunt absolutè; si dubitetur, sub conditione.

Expositii infantes, de quorum baptismo dubitatur, sub conditione baptizantur.

Leprosorum filii non supra fontem, sed supra pelvim haustâ modicâ aquâ è fonte, quæ cum alia non benedicta commisceri, Baptismoque peracto in piscinam effundi poterit, sunt baptizandi.

De effectibus Baptismi.

Effectus præcipuè tres: primus gratia habitualis cum donis Spiritûs Sancti, & virtutibus infusis, quâ peccatum originale, & in adultis actuale remittitur. Secundus remissio totius pœnæ, peccatis debitæ. Tertius character animæ impressus, quo traditur potestas recipiendi omnia Sacramenta, cæterorum enim janua est Baptismus. *Trident. Sess. 5. Can. 5.*

De Cæremoniis Baptismi.

Illæ, ut suprà notatum est, omitti non possunt, excepto necessitatis casu, in quo si fuerint omissæ, ut primùm fieri potest, suppleantur in loco sacro. *Trident. Sess. 7. Can. 13.*

Utatur sale in os baptizandi infantis immittendo benè attrito, ne linguæ tenelli seriùs obfuisse deprehendatur. Nec facilè in privatis ædibus administretur Baptismus, cum privilegium istud, non nisi viris Principalibus ab Ecclesia sit concessum.

De Patrinis.

Inter Baptismi ritus est adhibitio Patrini, vel Matrinæ, non ad valorem, sed lege Ecclesiasticâ ad solennitatem Baptismi necessaria, ut baptizandum teneat, de sacro fonte levet, solenniterque respondeat pro infante, contractâ simul obligatione docendi baptizatum juxta formulam admonitionis. Ad id muneris non admittantur rationis impotes, infideles, Hæretici, publicè Excommunicati, criminosi, infames, Monachi, aut Sanctimoniales; quo enim modo filios suos spirituales erudient, qui à sæculo sunt segregati?

Rectè etiam quibusdam in locis statuta Synodalia decernunt, vel saltem monent Sacerdotes, maximè Parochos, ut Patrinorum munus non suscipiant. Ita quædam constitutio in Diœcesi Auxensi tit. de Baptismo cap. 5. ut sine Episcopi licentia id non fiat. Synodus Mediolan. 2. Decret. 17. Conc. provinciale Remens. ultimo cap. de Baptismo, decreta denique Diœces. Leodiens. statuunt.

Non permittantur imponi profana, sed Sanctorum nomina, quos Ecclesia ob præclara gesta recolit; ut scilicet horum patrocinio & intercessione fulciri, eorumque sanctitatem sectari possit baptizatus.

Cognationem spiritualem, seu impedimentum dirimens matrimonium contrahunt baptizans, & susceptor cum baptizato, & ejus parentibus. Ad cavendam multitudinem Patrinorum Trident. Synodus saluberrimè sancivit, ut juxta SS. Canonum instituta ad summum unus, & una baptizatum de S. fonte suscipiant.

Sess. 24. cap. 2. de reform.

De SS. Oleis.

PArochus SS. Olea tempore constituto in sede Christianitatis consuetâ sumat, aut per alium sacerdotem, seu Ecclesiæ ministrum in sacris existentem procuret; attendat autem summoperè, ut ea debitè custodita ad evitandum omne profanationis periculum asserventur; de iis nulli unquam aliquid sub cujusvis rei prætextu tribuat.

ORDO, ET MODUS COMMUNIS BAPTIZANDI INFANTES TAM MASCULOS, QUAM FOEMELLAS.

IN primis Parochus ea, quæ supra dicta sunt de Sacramento Baptismi sæpius relegat, se séque in praxi rituum instrui curet, ne circa Baptismi collationem hallucinetur.

Allato infante ad fores Ecclesiæ Parochus superpelliceo, & stolâ indutus signo sanctæ crucis se muniens, dicat:

In nomine Patris, & Filii ✠ & Spiritûs Sancti, Amen.

Deinde verbis Germanicis, vel Gallicis, juxta regionem quærat à Patrinis.

Begehrt ihr/ daß diß Kind getaufft werde?

℟. Patrinus, vel Matrina.

Ja Herr.

Demandez vous que cet enfant soit baptizé?

℟. Ouy Monsieur.

Parochus.

Nennet das Kind. Nommez l'enfant.

℟. N.

Parochus Masculum collocet ad dexteram suam, Fœmellam verò ad sinistram, leniter insufflet ter in faciem infantis, & dicat semel.

Exi ab eo (ea) Sathana, da honorem Deo vivo, & ve-

& vero: da honorem Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui S. & recede ab hoc famulo (hac famula) Dei.

Hic signetur infans in fronte dicendo:

Signo te in fronte ✠ in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut confidas in eo.

Bene-✠-dico.

Oculos tuos, ut videas claritatem Dei.
Aures, ut audias verbum veritatis ejus.
Nares, ut suscipias odorem suavitatis ejus.
Pectus, ut credas in eum.
Scapulas, ut suscipias jugum servitutis ejus.
Os, ut confitearis illi, qui cum Patre, & Spiritu S. vivit, & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio.

Exi Spiritus immunde ab eo (ea) & da locum Spiritui S. Paraclito in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs S.

Hic signetur infans in fronte, & pectore, non est autem opus denudare pectus; super pannos enim signari potest.

Accipe signum Crucis Domini nostri JESU Christi tam in fronte ✠ quàm in corde ✠ sume fidem cœlestium præceptorum: talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis, ingressúsque (ingressaq;) Ecclesiam Dei, evasisse te laqueos mortis lætus (læta) agnosce: horresce idola, respue simulachra, cole Deum Patrem omnipotentem, & Jesum Christum Filium ejus, qui cum eo vivit, & regnat in sæcula sæculorum.

Ore-

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini Jesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum N. (hanc famulam tuam N.) quem (quam) ad rudimenta fidei vocare dignatus es; omnem cæcitatem cordis ab eo (ea) expelle, dirumpe omnes laqueos Sathanæ, quibus fuerat alligatus (alligata) aperi ei Domine januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus (imbuta) omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad suavem odorem præceptorum tuorum lætus (læta) tibi in Ecclesia tua deserviat, & proficiat de die in diem, ut idoneus (idonea) efficiatur accedere ad gratiam Baptismi tui perceptâ medicinâ, per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Parochus deinde faciat Exorcismum salis, si sal exorcizatus non fuerit ad manum.

Exorcizo te creatura salis in nomine Dei Patris ✠ Omnipotentis, & in charitate Domini nostri Jesu ✠ Christi, & in virtute Spiritûs ✠ Sancti, Exorcizo te per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, qui te ad tutelam humani generis creavit, & populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari præcepit; proinde rogamus te Domine Deus noster, ut hæc creatura salis in nomine Sanctæ Trinitatis efficiatur salutare Sacramentum ad effugandū inimicum, quod

tu Domine sanctificando ✠ sanctifices,& benedicendo ✠ benedicas,ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina,permanens in visceribus eorum in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi,qui venturus est judicare vivos,& mortuos,& sæculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde mittat modicum salis in os infantis dicens.

N. Accipe salem sapientiæ, ut propitius sit tibi Dominus noster Jesus Christus in vitam æternam. ℟. Amen.

Oremus.

Deus Patrum nostrorum, Deus universæ conditor veritatis,te supplices exoramus,ut hunc famulum tuum N.(hanc famulam tuam N.) respicere digneris propitius, & hoc primum pabulum salis gustantem non diutiùs esurire permittas, quô minùs cibo expleatur cœlesti, quatenus sit semper divino spiritu fervens, spe gaudens, tuo nomini serviens, perduc eum (eam) Domine, quæsumus, ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur, per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Nota quoties in margine ponitur [super masculum] intellige, talem orationem super masculum tantùm legendam : sicut quando ponitur (super fœmellam) super fœmellam tantùm : reliqua dicenda sunt tam super masculum, quàm super fœmellam.

Ad-

Adjuratio.

Ergo maledicte Diabole recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo vivo, & vero; da honorē Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui S. & recede ab hoc famulo Dei N. (hac famula Dei N.) quia istum (istam) sibi Deus, & Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, fontemque Baptismatis, dono Spiritûs S. vocare dignatus est (& hæc dicendo faciat crucem pollice dextro in fronte) & hoc signum sanctæ ✠ crucis, quod fronti ejus damus, tu maledicte Diabole nunquam audeas violare per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

Deus immortale præsidium omnium postulantium, liberatio supplicum, vita credentium, resurrectio mortuorum, te invoco super hunc famulum tuum N. qui Baptismi tui donum petens, æternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderat: accipe eum Domine, & qui dignatus es dicere: petite, & accipietis; quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis: petenti itáque præmium porrige, & januam pande pulsanti, ut æternam cœlestis lavacri benedictionem consecutus promissa tui muneris regna percipiat, per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. *Super Mascul.*

Oremus.

Super Fœmel. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui tribus Israel de Ægyptiaca servitute liberâsti, & Moysen famulum tuum de custodia mandatorum tuorum in deserto monuisti : & Susannam de falso crimine liberâsti : te supplex deprecor Domine, ut liberes hanc famulam tuam N. & perducere eam digneris ad gratiam Baptismi tui, per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Exorcismus.

Audi maledicte Sathana, adjuratus per nomen æterni Dei, & Salvatoris nostri Filii ejus, cum tua victus invidia, tremens, gemensque discede : nihil tibi sit commune cum servo, (serva) Dei, jam cœlestia cogitanti, renuntiaturo (renuntiaturâ) tibi, ac sæculo tuo, & beatæ immortalitati victuro (victurâ) da igitur honorem advenienti Spiritui S. qui ex summa cœli arce descendens perturbatis fraudibus tuis, divino fonte purgatum pectus, id est, sanctificatum Deo templum, & habitaculum perficiat, ut omnibus penitùs noxis præteritorum criminum liberatus (liberata) servus (serva) Dei, gratias perenni Deo referat semper, & benedicat nomen ejus sanctum in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Exorcismus.

Super Mascul. Exorcizo te immunde Spiritus in nomine Patris ✠

✠tris,& Fi✠lii,&Spiritûs ✠S. ut exeas,& recedas ab hoc famulo Dei N. ipse enim tibi imperat maledicte Diabole, atque damnate, qui pedibus suis super mare ambulavit,& Petro mergenti dexteram porrexit Jesus Christus Dominus noster, qui venturus est judicare vivos,& mortuos,& sæculum per ignem. ℟. Amen.

Exorcismus.

Exorcizo te immunde Spiritus per Pa✠trem, & Fi✠lium, & Spiritum ✠ Sanctum, ut exeas ab hac famula Dei N. Ipse enim tibi imperat maledicte damnate,qui cæco nato oculos aperuit, &quatriduanum Lazarum de monumento suscitavit. *Super Fœmell.*

Oremus.

Æternam, ac piissimam pietatem tuam deprecor Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus,luminis, & veritatis auctor super hunc famulum tuum N. (hanc famulam tuam N.) ut digneris eum (eam) illuminare lumine intelligentiæ tuæ, munda eum (eam) & sanctifica; Da ei scientiam veram, ut dignus (digna) gratiâ Baptismi tui effectus (effecta) teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Parochus. Dominus vobiscum.

Minister. Et cum Spiritu tuo.

Parochus.

Sequentia S. Evangelii secundùm Matthæum.

Hæc dicendo faciat signum crucis in fronte, ore, & pectore infantis.

Minister.

Gloria tibi Domine.

Matt. 19. In illo tempore: oblati sunt Jesu parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret: Discipuli autem increpabant eos: Jesus verò ait eis; sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cœlorum (hic ponat sacerdos manus suas super caput infantis) & cum imposuisset eis manus, abiit inde. ℟. Laus tibi Christe.

Deinde Parochus admoneat Patrinum, & circumstantes, ut simul dicant genibus flexis orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apostolorum pro salute infantis.

Exorcismus.

Nec te lateat Sathana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem judicii, diem supplicii sempiterni, diem, qui venturus est velut clibanus ardens, in quo tibi, atque universis Angelis tuis æternus superveniet interitus. Proinde damnate, atque damnande da honorem Deo vivo, & vero: da honorem Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui S. in cujus nomine, atque virtute præcipio tibi quicunq; es Spiritus immunde, ut exeas, & recedas ab hoc famulo (hac famula) Dei N. quem (quam) hodie Dominus noster Jesus Christus ad suam gratiam, & benedictionem, fontemque Baptismatis dono Sancti Spiritûs vocare dignatus est, ut fiat

tem.

templum ejus per aquam regenerationis in remissionem omnium peccatorũ, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Deinde Parochus salivâ oris sui ex sinistra sua pollice acceptâ tangat primò aurem dexteram infantis dicendo:

Ephphata, quod est, adaperire.

Dein nares, sed caveat, ne sputo tangat labia infantis, dicendo:

In odorem suavitatis.

Demùm aurem sinistram subjungendo,

Tu autem effugare maledicte Diabole, appropinquabit enim judicium Dei.

Hæc hactenùs ante fores templi.

His ita peractis Parochus infantem in Ecclesiam inducat dicendo:

Ingredere in templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam æternam. ℟. Amen.

Quo dicto itur ad fontem Baptismi, ubi obstetrix, vel alia mulier infantem denudat, & ad Baptismum præparat. Deinde Patrinus infantem Masculum, Matrina verò Fœmellam in manibus teneat coram Parocho, & si est alius Patrinus, vel Matrina, ponat manum dexteram super infantem: Parochus verò stans coram fonte ad orientem versâ facie, quæ sequuntur, cum singulis agat.

Parochus igitur interroget secundò:

Begehrt ihr/ das Kind getaufft zu haben?

Demandez vous, que l' enfant soit baptizé?

℟. Ja Herr. Ouy Monsieur.

Parochus.

Antwortet mir von des Kinds wegen auff meine Fragen.

Respondez pour l' enfant sur les demandes suivantes.

N. Ab-

N. Abrenuntias Sathanæ?

Etsi Patrinus nesciat latinè, interroget linguâ vulgari, seu patriâ.

Wiedersagstu dem Teuffel?

Renoncez vous à Sathan?

Patrinus, & Matrina.

Abrenuntio (vel in vulgari.)

Ich wiedersage. I' y renonce.

Parochus.

Et omnibus pompis ejus?

Und allem seinem Pracht und Hoffart?

Et à toutes ses pompes?

Patrinus.

Abrenuntio, Ich wiedersage/ I' y renonce.

Parochus.

Et omnibus operibus ejus?

Und allen seinen Wercken?

Et à toutes ses oeuvres?

Patrinus.

Abrenuntio, Ich wiedersage/ I' y renonce.

Dein Parochus interroget de fide infantis.

Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli, & terræ?

Glaubstu in GOtt Vatter / allmächtigen Schöpffer Himmels / und der Erden?

Croyez vous en Dieu le Pere tout pouissant, createur du ciel & de la terre?

Patrinus.

Credo, Ich glaub / I' y croy.

Paro-

Parochus.

Credis & in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu S. natus ex Maria virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus: descendit ad inferos: tertiâ die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram DEI Patris omnipotentis. Inde venturus est judicare vivos, & mortuos?

Glaubstu auch in JEsum CHristum seinen einigen Sohn unseren HErrn / der empfangen ist von dem Heil. Geist / gebohren auß Maria der Jungfrauen; gelitten unter Pontio Pilato / gecreutziget / gestorben und begraben / abgestiegen zu der Höllen / am dritten Tag wieder auffersstanden von den Todten / auffgefahren gen Himmel / sitzet zu der Rechten Gottes des allmächtigen Vatters / von dannen Er kommen wird zu richten die Lebendigen und die Todten?

Croyez vous aussy en JESUS CHRIST son Fils unique, nostre Seigneur: qui a esté conceu du Saint Esprit, né de la Vierge Marie: qui a souffert sous Ponce Pilate, a esté crucifié, mort, & ensevely: qui est descendu aux enfers, le troisieme jour est resuscité de mort à vie. Il est monté aux cieux, est assis à la droite de Dieu le Pere tout Puissant, de là viendra juger les vivans & les morts?

Patrinus.

Credo, Ich glaub / I'y croy.

Parochus.

Credis & in Spiritum S. Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam?

Glaubstu auch in den Heil. Geist / die heilige allgemeine Christliche Kirche / Gemeinschafft der Heiligen / Vergebung der Sünden / Aufferstehung des Fleisches / und ein ewiges Leben?

Croyez vous aussy en S. Esprit: la Sainte Eglise catholique: la communion des Saints: la remission des pechez : la resurrection de la chair, & la vie eternelle?

Patrinus.

Credo, Ich glaub / I'y croy.

Nota vascula sacræ unctionis ad vitandum errorem sic distingui solere, ut vasculum Chrismatis signetur literâ C. Olei sacri O. vel S. Infirmorum autem I. Parochus his præmissis infantem denudari jubens intincto pollice dextero in Oleum catechumenorum, quod Oleum salutis, seu Sanctum vocatur, faciat crucem ungendo ipsum in pectore, & scapulis dicens:

Ego te linio Oleo salutis in pecto✠re, & in sca✠pulis in nomine Domini nostri Jesu Christi in vitam æternam.

Parochus interroget Patrinum tertiò.

Begehrt ihr / das Kind getaufft zu haben?

Demandez vous, que l'enfant soit baptizé?

Patri-

Patrinus.

Ja Herr. Ouy Monsieur.

Parochus posteà diligenter inquirat, an infans ab obstetrice, vel aliis sit baptizatus, interrogando:

Ist das Kind gegehetaufft? Nennet das Kindt R.

L'enfant est il baptizé? tum levante uno vel utroq; in sacrum tenente, Sacerdos accipit aquam ex fonte et ter fundit aquam super caput infantis dicens.

Et si priùs non fuerit baptizatus, tunc expresso ejus nomine simpliciter sub forma subscripta ipsum baptizet. Advertat autem Parochus, ut verba formæ eodem tempore, quo ipsa ablutio peragitur, pronuntiet; atque ideò, dum profert verba formæ, hauriat de fonte manu dexterâ aquam, & super denudatum infantis caput tribus vicibus fundat, dicens distinctè, & attentè.

N. Ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritûs ✠ Sancti.

Si verò dubitetur, an infans verè, & ritè fuerit baptizatus, utatur Parochus formâ sequenti:

N. Si non es baptizatus (baptizata) Ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritûs ✠ Sancti.

Deindè intingit pollicem in sacrum Chrisma inunguens infantem in summitate capitis dicens:

Deus omnipotens, & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aqua, & Spiritu S. quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum (hic inungit) ipse te liniat Chrismate ✠ salutis in vitam æternam. Amen.

Parochus accipiens candidam mitram, vestem, seu linteum imponendo capiti infantis dicat.

Accipe vestem candidam, sanctam, & immaculatam, quam perferas ante tribunal Domini nostri

Jesu Christi, ut habeas vitam æternam, & vivas in sæcula sæculorum. Amen.

Postea Sacerdos cum Patrinis candelam accensam tenens super infantem dicat:

Accipe lampadem ardentem, irreprehensibilem custodi baptismum tuum, serva Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei unà cum omnibus Sanctis in aula cœlesti, habeásque vitam æternam, & vivas in sæcula sæculorum. Amen.

N. Vade in pace ✠ & Dominus sit tecum.

℟. Amen.

Admonitio Parochi ad Patrinum, & Matrinam.

Ich ermahne euch Pettern und Bödten/ daß ihr diß Kind euch lasset befohlen seyn/ neben seinen natürlichen Eltern/ und diese zu ermahnen/ daß sie dessen Christliche Unterweissung nicht verabsaumen/ und wann es zu seinen verständigen Jahren kommen wird/ daß ihr es (wo dieselbe Eltern daran saumig wären/ oder abstürben) mit gantzem Fleiß unterrichtet und lehret / stet und vest in der Heil. Christlichen Catholischen / und Apostolischen Kirchen (darin es jetzunder den Heil. Tauff empfangen) bleiben / derselbigen wahren / und ungezweiffelten Glauben allezeit halten/ und darneben auch das Vatter unser / den Englischen Gruß/ den Apostolischen Glauben / und die Zehen Gebott

bott Gottes ; Ja keinen Fleiß sparet zulehren alles / so zu Gehorsam / Auffnehmung / und Erhaltung der obgenanter H. Kirchen-Lehr / und Förderung seiner Seelen Seeligkeit vonnöthen seyn wird / damit ihr dann der jetzt gebettener Gevatterschafft vor GOtt dem HErrn gnug thun möget.

Il est ordonné au Parain & à la Maraine d' auoir grand soin de cet enfant, de la foy duquel ils se sont rendus garants enuers Dieu, & l' Eglise; d' auertir diligemment le Pere & la Mere qu' aussi tòt qu'il sera capable d' estre instruit, ils doiuent luy apprendre, ou faire apprendre les principaux articles de la foy, les maximes de la religion, & de la vie chrêtienne, l' oraison Dominicale, la Salutation Angelique, le Symbole des Apôtres, les commandemens de Dieu & de l' Eglise. Il faut aussi les auertir de luy donner l' exemple d' vne vie vrayement chrêtienne; & s'il commet quelque faute, ils doiuent le corriger charitablement: que si les parens venoient à mourir, ou qu'ils ne s'acquitassent pas de ces deuoirs, le Parain & la Maraine seroient obligez de suppleér á leur defaut, ou negligence par l' engagement qu'ils ont pris en repondant pour cet enfant.

Parochus fricando pollicem dexterum sale lavet manus supra fontem, Patrini verò extra fontem, claudaturque baptisterium, & SS. Olea præeunte Ministro cum candela ad suum deferantur locum.

ORDO BAPTIZANDI PLURES INFANTES TAM UNIUS, QUAM DIVERSI SEXUS.

QUando plures diversi sexûs adferuntur baptizandi, sciat Parochus communes Exorcismos, & Orationes super omnes simul legi nullo genere mutato: speciales verò sexuum super illos tantùm, qui unius sexûs sunt, legi debent: ut quando in margine habetur (super Mascul.) tunc super masculos tantùm; ubi verò ponitur (super Fœmel.) super illas solùm pronuntiet talem Exorcismum, vel Orationem: quare ne in hac re erret Parochus, Masculos simul; idque à dexteris, Fœmellas verò à Sinistris simul statuat.

Observet quoque diligenter, ut cum plures utriusque sexûs baptizandi sunt simul; Adjectiva, & participia propter personam digniorem in masculino genere pronuntiet, & omnia pariter proferantur, ut supra in proprio genere, numero plurali: Verùm prima nominis Interrogatio, Exsufflatio, Crucis impressio, seu Signatio, Tactus aurium, & narium cum saliva, Abrenuntiationis interrogatio, unctio Olei catechumenorum, Interrogatio de fide, seu Symbolo, ipse Baptismus, inunctio Chrismatis, Impositio candidæ vestis, atque accensæ candelæ Traditio, singulariter singulis, & primùm Masculis, deinde Fœmellis fieri debet.

ORDO BAPTIZANDI MASCULUM VEL FOEMELLAM IN PERICULO MORTIS.

NB. Parochus ut primùm infans ad portam templi allatus fuerit, vel ipse ad domum puerperii venerit, ob imminens periculum signando se cruce petat à Patrino, vel Matrina.

Begehrt ihr/ daß diß Kind getaufft werde?

Demandez vous, que cet enfant soit baptizé?

Responsio Patrini.

Ja Herr. Ouy Monsieur.

Parochus deinde petito nomine infantis insufflet in faciem ejus dicens

Impero tibi immunde Spiritus in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, ut exeas, & recedas ab hoc famulo (hac famula) Dei.

Paro-

Parochus.

Wiedersagstu dem Teuffel / und allen seinen Wercken/und allem seinem Pracht und Hoffart?

Renoncez vous au Sathan, & â toutes ses oeuvres, & â toutes ses pompes?

Patrinus.

Ich wiedersage. I'y renonce.

Parochus faciens signum crucis in fronte, & pectore infantis dicat:

N Accipe signum crucis tam in fronte ✠ quàm in corde ✠, sume fidem cœlestem, esto talis moribus, ut templum Dei esse possis.

Parochus omissis aliis infantem baptizet utens aqua simplici, si ob periculum moræ desit baptismalis.

Ego te baptizo in nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritûs ✠ Sancti. Amen.

Deinde si habeat Chrisma, liniat eum in vertice dicens.

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aqua, & Spiritu S. quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum tuorum, ipse te liniat ✠ Chrismate salutis in vitam æternam. ℟. Amen.

Parochus. Pax tibi.

℟. Et cum Spiritu tuo.

Tum imponit capiti ejus linteolum, seu mitram candidam loco vestis albæ dicens:

Accipe vestem candidam, & immaculatam, quam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam æternam. ℟. Amen.

Postea

Postea Parochus tenens unà cum patrinis candelam super infantem dicat.

Accipe lampadem ardentem, & irreprehensibilis custodi Baptismum tuum, serva Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei unà cum omnibus sanctis in aula cœlesti, habeasque vitam æternam, & vivas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Postremò dicit.

N. Vade in pace, & Dominus sit tecum.

℟. Amen.

DE BAPTISMO ADULTORUM.

SI quis adultus sit baptizandus, debet priùs secundùm Apostolicam regulam in Christiana fide, ac sanctis moribus diligenter institui, & per aliquot dies in operibus pietatis exerceri, ejusque voluntas, & propositum sæpius explorari.

Consultum etiam erit, si Ordinario, aut ejus vices gerenti Adultorum Baptismus deferatur, ejusque consilium, & instructio recipiatur. Admonendus est ejusmodi Catechumenus, ut peccatorum suorum pœniteat.

Diligenter curet Parochus, ut certior fiat de statu, & conditione adultorum, qui baptizari petunt, præsertim exterorum, ne quis jam baptizatus imperitiâ, vel errore, ob quæstum, vel aliam causam iterum baptizari velit.

Ritus fermè est similis illi, qui adhibetur in Baptismo parvulorum, nisi quod Catechumenus de nomine interrogatus, sicut & de abrenuntiatione Sathanæ, Symbolo fidei, respondeat ipsemet, Symbolum Apostolicum, & Orationem Dominicam in locis, seu tempore supra præscriptis ipsemet recitet. Quodque in benedictionibus, & formatione signi crucis corpus Catechumeni non tangatur.

ORDO

ORDO SUPPLENDI CÆREMONIAS CIRCA EOS QUI SINE IIS FUERE BAPTIZATI.

CUm urgente mortis periculo, vel aliâ neceſſitate, ſive infans, ſive adultus, ſacris precibus, ac cæremoniis prætermiſſis, fuerit baptizatus, ubi convaluerit, periculumvé ceſſaverit, & ad Eccleſiam delatus fuerit, omiſſa omnia ſuppleantur, idemque ordo, ac ritus, qui in baptiſmo infantum [ſi infans fuerit] ſeu adultorum (ſi fuerit adultus) præſcriptus eſt; Excepto quod interrogatio, an velit baptizari formáque baptiſmi, & ablutio prætermittantur, & quædam orationes, Exorciſmi ſuo quique loco immutati, ut infra dicuntur.

Parochus igitur antequam immittat ſalem in os baptizati, manum ſuper caput ejus imponens dicit:

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti &c. totum ut ſupra pag. 9.

Dein poſteaquam immiſit modicum ſalis in os baptizati dicens:

N. Accipe ſalem ſapientiæ, propitiatio ſit tibi in vitam æternam. ℟. Amen.

Oremus.

Deus Patrum noſtrorum, Deus univerſæ conditor veritatis, te ſupplices &c. ut ſupra pag. 10.

Poſt hæc facto ſigno crucis in fronte baptizati, dictisque illis verbis:

Et hoc ſignum Crucis ✠ quod fronti ejus damus, tu maledicte Diabole nunquam audeas violare, per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Manu ſuper caput ejus poſitâ dicit:

Oremus.

Æternam, ac piiſſimam pietatem tuam depre-

cor Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, auctor luminis, & veritatis, ſuper hunc famulum tuum N. ut digneris eum illuminare lumine intelligentiæ tuæ, munda eum & ſanctifica; Da ei ſcientiam veram, ut dignus ſit frui gratiâ Baptiſmi tui, quem ſuſcepit, teneat firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, ut aptus ſit ad retinendam gratiam Baptiſmi tui, per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Sequentia S. Evangelii ſecundum Marcum

℟. Gloria tibi Domine.

Hic ſignetur infans in fronte, ore, & pectore.

Marc. 10. In illo tempore offerebant Jeſu parvulos, ut tangeret illos: Diſcipuli autem comminabantur offerentibus: quos cum videret Jeſus, indignè tulit, & ait illis: ſinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos; talium eſt enim regnum DEI. Amen dico vobis, quisquis non receperit regnum DEI velut parvulus, non intrabit in illud; & complexans eos, & imponens ſuper illos manus, benedicebat eos.

Deinde Parochus teneat manum ſuper caput pueri, & dicat orationem Dominicam, moneatque circumſtantes, ut & ipſi orent pro ſalute pueri.

Pater noſter, Ave Maria, Credo in Deum Patrem.

His expletis Parochus accipiat pollice de saliva oris sui è manu sinistra tangendo aurem dexteram pueri dicat:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Ephpheta, quod est, adaperire:

Et mox tangat nares dicens:

In odorem suavitatis.

Denique tangat aurem sinistram dicens:

Tu autem effugare maledicte Diabole, appropinquabit enim judicium Dei.

Vade in pace ✠ fides te salvum (salvam) fecit.

Sciat prudens Parochus hunc modum supplendi omissas cæremonias ex iis, quæ supra habentur; accommodare etiam fœmellis, & pluribus unius, vel utriusque sexûs, mutatis scilicet generibus, & numeris. Monentur etiam hìc Parochi, ne mulierculas, quæ forsan non ita urgente necessitate infantem præproperè baptizârunt, severioribus verbis excipiant: inde enim fieri solet, ut tales acerbas reprehensiones veritæ vel omittant baptizare parvulos etiam verè periclitantes; vel certè de Baptismo à se collato interrogatæ præ timore redargutionis negent, sicque Sacramentum à Parocho iteratum profanetur.

Consultum tamen, & salubriter suadendum, ut Parochus infantes ab obstetricibus baptizatos, ob errores sæpissimè committi solitos, sub conditione semper baptizet sub forma prout supra pag. 19. NB.

ORDO INTRODUCENDI PUERPERAS POST PARTUM AD ECCLESIAM.

Si quæ puerpera post partum juxta piam, ac laudabilem consuetudinem ad Ecclesiam venire voluerit pro incolumitate sua gratias actura, petieritque à Parocho benedictionem ipse superpelliceo, & stolâ albâ indutus cum Ministro aspergillum deferente ad fores Ecclesiæ accedat, ubi illam foris ad limina genuflectentem, & accensam candelam manu tenentem aquâ benedictâ aspergat, deinde dicat:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.
Amen.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.

Pſalm. 120.

LEvavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum, & terram.
Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet, qui cuſtodit te.
Ecce non domitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſraël.
Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam.
Per diem ſol non uret te, neque luna per noctem.
Dominus cuſtodit te ab omni malo, cuſtodiat animam tuam Dominus.
Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

Gloria Patri &c. Sicut erat.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Pater noſter &c. Et ne nos inducas.
℣. Domine ſalvam fac ancillam tuam.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eam.
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Domine exaudi, orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, Majestatem tuam supplices exoramus, ut sicut unigenitus tuus cum nostræ carnis substantia in templo est præsentatus, ita facias hanc famulam purificatâ tibi mente præsentari, per eundem CHRISTUM Dominum nostrum. Amen.

Deinde Parochus mulieri porrigens extremam stolæ partem eam introducit dicens:

Ingredere in templum DEI, adora Filium B. Mariæ Virginis, qui tibi fœcunditatem tribuit prolis.

Si celebretur missa, quæ erit occurrentis diei, vel votiva juxta mulieris devotionem, & aptissima de festo Purificationis B. Mariæ, quæ incipit: Suscepimus. Tum eâ finitâ Parochus eam dimittet in pace dicendo post Evangelium S. Joannis in missa lectum, porrigens mulieri librum deosculandum:

Per hæc Evangelica dicta deleantur universa tua crimina, & delicta.

Oremus.

Benedictio Dei Patris, & Filii ✠ & Spiritûs S. descendat super vos, & maneat semper. Amen.

Si verò non celebretur missa, tum Sacerdos veniens ad altare dicat:

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Initium S. Evangelii secundum Joannem.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & DEUS erat Verbum. Hoc erat in Ioan. 1.

principio apud Deum: omnia per ipsum facta sunt, & sinè ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus; qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex DEO nati sunt. ET VERBUM CARO FACTUM EST, & habitavit in nobis (& vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre) plenum gratiæ, & veritatis.

Deinde det ei librum ad osculandum, & dicat:

Per hæc Evangelica dicta deleantur universa tua crimina, & delicta.

Oremus.

Benedictio Dei Patris, & Filii ✠ & Spiritûs S. descendat super vos, & maneat semper. Amen.

Si

Si contigerit, Mulierem certo tempore à purificatione, adversâ valetudine, impediri; differatur purificatio, donec, utcunque restituta, in Ecclesiam ingredi possit; etiamsi mortis immineat periculum: quia purificatio extra facienda non est; neque substituenda alia Mulier purificanda in locum defunctæ puerperæ. Si quæ verò peperit prolem illegitimam, ea non introducatur per Sacerdotem, sed sola ingrediatur. *Gavant. in Enchr. Episcop. V. Bapt. n. 28.*

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

In quo à Parochis populus instruendus?

QUoniam ij, qui per Baptismum Christiani facti, sunt adhuc imbecilli, & in spirituali certamine viriliter pugnare nequeunt; Chrismatis tamen Sacramento, quo Spiritus S. in corda fidelium se infundit, in gratiâ corroborantur, & tanquam fortes Christi milites adversùs omnes carnis, mundi, & Diaboli impetus armantur; ob eam causam Sacramentum hoc Confirmatio appellatur. Et licet ritus, quo administrari solet, ex Pontificali Rom. peti debeat, cum juxta SS. Trident. Conc. doctrinam solus Episcopus sit ejusdem ordinarius Minister; tamen hac in re Parochos officii sui admonendos judicavimus: idcirco omnia, quæ ab eisdem de institutione, natura, dignitate, effectu, & suscipientibus hoc Sacramentum, tempore competenti proponenda, & explicanda sunt, ex Catechismo potissimùm Romano, & aliis probatis Doctoribus excerpta, prout nuper delegatæ à Nobis ejusdem Sacramenti administrationis tempore desuper requisiti, editâ in typo brevi instructione, ad quorundam Parochorum majorem promptitudinem subnectere placuit.

CAPUT I.

De institutione Confirmationis, & quid sit?

§. 1.

Christus instituit Confirmationem.

SIcut enim Salvator noster in die Pentecostes Apostolos suos gratiâ S. Spiritûs, methodo speciali, formâ visibili confortare voluit, ut fidem eò constantiores profiterentur; ita etiam voluit ordi- *Act. 2. c.*

ordinavitque, ut in Ecclesia, seu congregatione sua fideles post acceptum Baptismum, per impositionem manuum, velut stabili quadam cæremoniâ, confortationem per gratiam infallibiliter reciperent, referente hoc ipsum scripturâ. Act. 8. 6.

§. 2.

Apostoli Confirmationis Sacramentum administrârunt.

CUm autem audissent Apostoli, qui erant Jerosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei; miserunt ad eos Petrum, & Joannem, qui cùm venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent, Spiritum S. nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantùm erant in nomine Domini Jesu: tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum. Ad quæ verba S. Cyprianus Martyr in Epist. ad Jubajanum de Hæreticis baptiz. cum Samaritani verum Baptisma recepissent, rebaptizandi non erant, sed tantùm id, quod deerat illis, à Petro & Joanne suppletum est; ut pro eis orantes manus imposuerint, quo Spiritus S. imploratus super illos descenderet.

§. 3.

Apostoli etiam in Confirmatione Chrisma adhibuerunt.

QUi autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus: qui & signavit nos, & dedit pignus Spiritûs in cordibus nostris. Quæ verba S. Ambros. lib. de his, qui mysteriis initiantur cap. 7. & cum hoc Ecclesiæ Doctore Theologi de Sacramento Confirmationis intelligunt; quia in iis exprimuntur quatuor dona, quæ in Confirmatione conferuntur. Primò Confortatio in fide. 2. Augmentum gratiæ. 3. Solatium spirituale è testimonio conscientiæ. 4. Signaculum servi Christi: quod signaculum singulis confirmatis indelebiliter imprimitur. Ex quibus omnibus eruitur responsio ad quæstionem sequentem. 2. Cor. 1.

§. 4.

Quid sit Confirmatio?

ESt baptizatis collatum ab Episcopo Sacramentum, in quo per sanctum Chrisma, & verba Sacrosancta confertur gratia, & robur

robur Spiritûs additur, tùm ad firmiter credendum, tùm ad ea, quæ fides docet, adimplendum.

CAPUT II.

De iis, qui sunt confirmandi.

§. 1.

Confirmationis capax quidem est omnis baptizatus.

SI quidem Scriptura S. refert, quòd, cùm Apostoli suprà allegatâ speciali visibili methodo in die Pentecostes hanc cœlestem Confirmationis gratiam receperunt, Spiritus Sanctus totam domum, in qua erant credentes, repleverit; & sequuntur in textu verba hæc: Et repleti sunt omnes Spiritu Sancto: Per quam domum Ecclesia Christi, per repletionem Spiritûs S. gratia, quæ in hoc Sacramento confertur, intelligitur. Act. 2.

§. 2.

Infantibus tamen rarò conferri solet.

QUamvis enim antiquitùs infantes post Baptismum receptum statim Confirmationem receperint, attestante antiquissimo Tertulliano lib. de Bapt. cap. 7. & 8. Baronio ad Annum 311. His tamen nostris temporibus, pueris ante annos rationis [juxta Catechismum Rom. de confirm.) videlicet septimum ætatis annum, Sacramentum Confirmationis non solet administrari, tùm ut cum reverentia majore, ac devotione illud recipiant, tùm quia sine Sacrilegio reiterari nequit, ut receptæ Confirmationis certiorem habeant memoriam.

§. 3.

Quæ in confirmando requiratur animæ præparatio?

CUm Sacramentum Confirmationis Christus Jesus D. N. ad illum finem, ut baptizatus in gratia roboretur, instituerit, consequitur, confirmandum oportere in statu gratiæ Sacramentum illud accedere; idcircò, qui octo, aut decem ætatis annos, & conscientiam mortalis peccati habent, præmissâ Sacramentali confessione con-

ſcientiam expurgare debent, ut gratiâ Sancti Spiritûs, ejusdemque multifariis donis eô magis repleantur: aut ſaltem in caſu quo copia Confeſſarii deficeret, excitando dolorem de peccatis, cum propoſito proximâ occaſione confitendi, accedant.

§. 4.

De corporis præparatione in eo, qui confirmandus eſt.

QUamvis præceptum non extet, ut quis jejunus Sacramentum Confirmationis recipiat, conſilium tamen eſt, ſi quis ante meridiem confirmetur, ut ex reverentia jejunus accedat. Frons ſit lota, capillis ſuper eam non defluentibus, ut absque ullo impedimento Chriſmate ſignari poſſit: ante Epiſcopum complicatis devotè manibus confirmandus flectat.

CAPUT III.

De Patrinis in Confirmatione.

§. 1.

Qui pro Patrinis ſint requirendi?

CIrca adminiſtrationem Confirmationis obſervetur, ut maſculo Patrinus, Fœmellæ Matrina, non tamen ille, aut illa, qui ante in Baptiſmo eo munere ſunt functi, adhibeantur: multô minùs parentes confirmandorum, aut Religioſi, aut Acatholici ad ea officia aſſumantur.

§. 2.

Quæ à Patrinis ſint obſervanda?

HI cum faſcia linea munda tres circiter digitos lata, adeoque longa, ut frons, præſertim verò locus ſignatus, tegi, ac muniri poſſit, compareant; inter frontem, & faſciam ponatur goſſypium, aut linteolum mundum; locus Chriſmate perunctus à Patrinis non tangatur, ligatura illa in tertium uſque diem, aut ad minimum eò uſque, donec Chriſma ſit exſiccatum, perdurabit. Ad interrogationem Epiſcopi Patrinus, vel Matrina nomen confirmandi altâ voce edicet. Ad qualecunque munus confirmandis non obligantur, ne ejusmodi donariis anſam præbeant Sacrilegè hoc Sacramentum reiterandi. Unà cum confirmatis finem adminiſtrationis Epiſcopi exſpectabunt, ut benedictionem Epiſcopi

recipiant. Confirmatos, si necessarium fuerit, in dogmatibus fidei erudient, curabuntque, ut devotè enutriantur. Inter Patrinum, vel Matrinam, confirmatum, hujusque parentes consurgit cognatio spiritualis Matrimonium dirimens.

§. 3.

De depositione fasciæ à fronte confirmati.

QUamvis benè fieret, si fascia à Pastore, Sacellano, aut alio quovis Presbytero deponeretur, si tamen Patrinus, vel Matrina in Confirmatione adhibiti fasciam deponant, modus sequens observetur. Primò aqua munda pelvi, aut scutellæ mundæ infundatur, in eadem adhibito pauco sale fascia, denique frons confirmati abluatur, gossypium, seu linteolum adhibitum unà cum aqua igni affundatur, etiam fascia, nisi quis fortè deinceps pro quodam confirmando, seu ejus usu asservare vellet, in quo casu tamen nulli alii rei fascia illa inserviet. Absque causa relevante ablutio hæc non fiat statim, aut primo die, quo quis Confirmationem recepit, sed in tertium relinquatur diem. Propter fasciæ illius solutionem, aut Chrismatis de fronte ablutionem cognatio spiritualis non contrahitur.

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

POenitentiam quidam definiunt, esse Sacramentum reconciliationis cum DEO post lapsum in actibus pœnitentis, & absolutione Sacerdotis per modum judicii consistens. Alii esse Sacramentum novæ legis constans confessione dolorosâ pœnitentis, & absolutione legitimâ Sacerdotis ad peccati post Baptismum commissi remissionem significandam, & conferendam à Christo institutum.

Materia.

HOc Sacramentum Pœnitentiæ (quæ est secunda post naufragium tabula) habet pro materia proxima quidem actus pœnitentis, videlicet cordis contritionem, confessionem, & satisfactionem; pro remota verò peccata post Baptismum commissa.

Forma.

EGo te absolvo à peccatis tuis in nomine Patris ✠ & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen. Etsi quidem preces ante, & post absolutionem proferendæ, essentiam non ingrediantur: utiles tamen sunt, piéque, ac laudabiliter ex præscripto Ecclesiæ adjungi debent, nisi urgens necessitas mortis excuset; tunc enim sufficeret hæc forma:

Ego te absolvo à peccatis tuis in nomine Patris ✠ & Filii, & Spiritûs Sancti.

Rituale Rom.

Minister.

MInister hujus Sacramenti est Sacerdos, habens auctoritatem absolvendi, vel ordinariam, vel ex commissione superioris. Ordinariam dicitur habere ille, cui competit ratione officii sui, habentis annexam curam animarum. Qualis est jurisdictio Papæ in totam Ecclesiam; Episcopi, & ejusdem Vicarii Generalis in totam Diœcesin, & Parochi in suam parochiam. Delegatam jurisdictionem habet, qui eam non ratione sui officii ordinarii, sed ex concessione alterius ordinariam habentis accepit; veluti accipiunt omnes Parochi respectu alienorum parochianorum, quotiescunque hi facultatem impetrant confitendi extraneo. Concilium Trid. Sess. 14. cap. 7. docet, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet Jurisdictionem. Per Excommunicationem autem, Suspensionem, & Irregularitatem tollitur utriusque potestatis, tam Ordinariæ, quam Subdelegatæ usus.

Omnes Confessarii examinari, quando videbitur, ab Episcopis, & approbari debent, ne minùs idonei, etiam Regulares potestate hac utantur. Servandumque, quod statuit Concil. Trid. Sess. 23. cap. 15. de reform. his verbis: Quamvis Presbyteri in sua ordinatione, à peccatis absolvendi potestatem accipiant; decernit tamen Sancta Synodus, nullum etiam Regularem posse confessionem sæcularium, etiam Sacerdotum, audire; nec ad id idoneum reputari, nisi parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: Privilegiis, & consuetudine quacunque, etiam immemorabili, non obstantibus.

Confessio.

QUinque sunt præcipuè conditiones Confessionis, ut sit valida, nempe, ut sit integra, diligens, fidelis, lachrymabilis, & obediens. Sunt & aliæ conditiones, utiles quidem, sed non necessariæ: omnes autem continentur hoc tetrasticho:

Sit

Sit ſimplex, humilis confeſſio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

Sigillum Confeſſionis.

SIgillum Confeſsionis eſt obligatio ſervandi Secreta, & tecta illa omnia, quæ accepta ſunt ex confeſsione tendente ad Sacramentum Pœnitentiæ, ſaltem ſecundùm propoſitum confitentis. Eſt hæc obligatio ſtrictiſsima, ita, ut in nullo unquam caſu, ullius boni conſequendi, aut mali declinandi causâ violare ſigillum liceat directè, vel indirectè, ante, vel poſt mortem confitentis; poteſtque Confeſſarius dicere, & jurare ſe neſcire, quia neſcit, ut homini ſubjectus. Prætereà prohibita eſt Confeſſario omnis actio, quæ ex notitia peccati, cum periculo directæ, vel indirectæ revelationis procedit: ſicut & omnis gubernatio privata ipſius pœnitentis ex tali ſcientia, etiamſi nullum ſit periculum infamationis apud alios.

De Caſibus reſervatis.

CAſus reſervati dicuntur peccata quædam graviora, & majora, quæ à Romano Pontifice, & Epiſcopis ſanctè, & juſtè reſervantur, à quibus inferiores abſolvere non poſſunt, &, ſi abſolvant, de facto peccant; & irrita, & nullius momenti eſt abſolutio. Ratio hujus eſt duplex utilitas non minima. Prior, quia hac ratione deterrentur à gravioribus peccatis perpetrandis. Quod enim à quovis abſolvi poteſt, faciliùs committitur. Altera verò, quod majores, & periculoſiores morbi reſervantur peritioribus medicis.

Ut autem Confeſſarii nôrint, qui caſus Sedi Apoſtolicæ, & Epiſcopo ſint reſervati, legant ſequentia.

BULLA COENÆ DOMINI,

Continens caſus præcipuos Summo Pontifici reſervatos,

Cujus tranſumptum mandat Pontifex ut Confeſſarii penes ſe habeant,

Soletque ſingulis annis in Cœna Domini publicè legi.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen.

Paulus Episcopus, Servus servorum DEI, ad futuram rei memoriam.

Pastoralis Romani Episcopi vigilantia, & solicitudo, cùm in omni Christianæ Reipublicæ pace, & tranquillitate procuranda, pro sui muneris officio, assiduè versatur, tum potissimùm in Catholicæ fidei, sine qua impossibile est placere Deo, unitate, atque integritate tenenda, & conservanda, maximè elucet; nimirum, ut fideles Christi non sint parvuli fluctuantes neque circumferentes omni vento doctrinæ in nequitia hominum ad circumventionem erroris; sed omnes occurrant in unitatem fidei, & agnitionem Filii Dei, in virum perfectum, neque se in hujus vitæ Societate, & communione lædant, aut inter se alter alteri offensionem præbeat, sed potiùs in vinculo charitatis conjuncti, tanquam unius corporis membra, sub Christo Capite, ejusque in terris Vicario Romano Pontifice Beatissimi Petri Successore, à quo totius Ecclesiæ unitas dimanat, augeantur in ædificationem, atque ita divinâ gratiâ adjutrice, sic præsentis vitæ quiete gaudeant, ut futurâ quoque beatitudine perfruantur. Ob quas sanè causas Romani Pontifices, prædecessores nostri, hodiernâ die, quæ anniversariâ Dominicæ Cœnæ commemoratione solennis est, spiritualem Ecclesiasticæ disciplinæ gladium, & salutaria justitiæ arma, per Ministerium Summi Apostolatûs, ad Dei gloriam, & animarum salutem solemniter exercere consueverunt.

In Hæreticos, eorum fautores, libros legentes, & Schismaticos, qui ab obedientia Summi Pontificis recedunt.

I.

NOs igitur, quibus nihil optabilius est, quam fidei inviolatam integritatem, publicam pacem, & justitiam, Deo Authore tueri, vetustum, & solennem hunc morem sequentes, excommunicamus, & anathematizamus, ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, authoritate quoque BB. Apostolorum Petri & Pauli, ac nostrâ, quoscunque Hussitas, Wiclephistas, Lutheranos, Zwinglianos, Calvinistas, Hugonotas, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christiana fide apostatas, ac omnes, & singulos alios hæreticos, quocunque nomine nuncupentur, & cujuscunque sectæ existant; & eorum credentes, & quoscunque receptatores, & fautores, & generaliter quoslibet fautores, & eorundem libros, hæresin continentes, vel de religione tractantes, sine authoritate nostrâ, & Sedis Apostolicæ scienter legentes, aut tenentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, ex qualibet causa, publicè, vel occultè, quovis ingenio, vel colore: nec non Schismaticos, & alios, qui se à nostrâ, & Romani Pontificis, pro tempore existentis, obedientia pertinaciter subtrahunt, & recedunt.

In appellantes à Papa ad futurum Concilium, eorumque fautores.

II.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes, & singulos, cujuscunque statûs, gradûs, seu conditionis fuerint, & interdicimus Universitates, Collegia & Capitula, quocunque nomine nuncupentur, ab ordinationibus, sententiis, seu mandatis nostris, ac Romanorum Pontificum, pro tempore existentium, ad universale futurum Concilium appellantes, nec non eos, quorum auxilio, vel favore appellatum fuerit.

In piratas, eorum receptores, & fautores.

III.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes piratas, cursarios & latrunculos maritimos, & alios, præcipuè qui mare nostrum à Monte Argentario usque ad Terracinam discurrentes, eos, qui in illo navigant, deprædantur, mutilant, interficiunt, rebusvé, & bonis suis spoliant, omnesque receptores eorundem, & eis auxilium scienter dantes, vel favorem.

In rapientes naufragorum Christianorum bona, aut scienter ab aliis rapta accipientes.

IV.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes & singulos, qui Christianorum quorumcunque navibus, tempestate in diversum (ut dici solet) jactatis, naufragium passis, aut etiam submersis, sive in ipsis navibus, sive ex eis dilapsa, & in mari, vel littore inventa, cujuscunque maris regionibus & littoribus rapuerint, aut scienter ipsi sibi acceperint, aut ab aliis rapta, seu accepta scienter receperint: ita, ut nec etiam ob quodcunque privilegium, consuetudinem, aut longissimi, etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcunque prætextum, excusari possint.

In imponentes nova pedagia, & gabellas, vel eas augentes.

V.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes, qui in terris suis nova pedagia, seu gabellas, ad id potestatem non habentes, imponunt, vel augent, aut imponi, vel augeri prohibta exigunt.

In

In falsificantes litteras Apostolicas, aut supplicationes à quocunque authoritatem habente signatas, aut falsò fabricantes litteras Apostolicas.

VI.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes falsarios litterarum Apostolicarum, & in forma brevis, ac supplicationum, gratiam, vel justitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarium, seu gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Romani Pontificis, seu Vicecancellarii aut gerentis vices prædictorum, signantes supplicationes easdem. Extendentes Constitutionem fel. rec. Innocentij Papæ III. quæ incipit, Ad falsariorum, cum omnibus pœnis in ea contentis, ad falsificantes, seu mutantes supplicationes, per nos, seu de mandato nostro signatas, & datas, sine nostra, aut Datarii nostri licentia.

In deferentes arma, & alia belli usui apta ad Turcas, & Reipublicæ Christianæ statum concernentia in damnum Christianorum nuntiantes.

VII.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, cannabem, funes, tam ex ipsa cannabe, quàm ex quacunque alia materia, & ipsam materiam, aliaque hujusmodi, quibus Christianos impugnant, deferunt Saracenis, Turcis, & aliis Christiani nominis inimicis: nec non illos, qui per se, vel alium, seu alios, de rebus Christianæ Reipublicæ statum concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum, ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstant: non obstantibus quibuscunque privilegiis, & concessionibus, Principibus, Rebuspublicis, & Dominis, sive privatis personis per nos, & sedem prædictam hactenus concessis, de hujusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

In impedientes eos, qui victualia, & alia necessaria Romam deferunt.

VIII.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes, impedientes, seu invadentes eos, qui victualia seu alia ad usum Romanæ curiæ necessaria addu-

adducunt; ac etiam eos, qui, ne ad Romanam curiam adducantur, vel deferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, vel qui talia fieri faciunt, vel facientes defendunt, cujuscunque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & statûs, etiamsi Pontificali, vel Regali, vel aliâ quâvis Ecclesiasticâ, vel mundanâ præfulgeant dignitate.

Ad Sedem Apostolicam venientes, vel ab ea recedentes, suâ, aut aliorum operâ lædentes, & sine Jurisdictione vexantes in curia morantes.

IX.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, suâ, vel aliorum operâ interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent; nec non illos omnes, qui jurisdictionem ordinariam, vel delegatam à nobis, vel à nostris judicibus non habentes, illam sibi temerè vendicantes, similia, contra morantes in eadem curia, audent perpetrare.

In eos, qui ex proposito Romipetas offendunt.

X.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes, ex proposito interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes seu deprædantes, Romipetas, seu peregrinos ad Urbem causâ devotionis seu peregrinationis, & prorsus omnes alios ad Sedem Apostolicam accedentes, vel apud eam morantes, aut recedentes ab ipsâ, vel illis dantes auxilium, consilium, vel favorem.

In offendentes S. R. E. Cardinales, & alios Prælatos.

XI.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes, interficientes, mutilantes, vulnerantes, verberantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, ac Patriarchas, Archi-Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuntios, aut eosdem ejicientes à suis Diœcesibus, territoriis, terris, seu Dominiis, eáque mandantes, vel rata habentes, seu præstantes eis auxilium, consilium, vel favorem.

In eos, qui ad Romanam curiam recurrentes offendunt., aut executionem litterarum Apostolicarum impediunt, vel ad gratiam impetrandam accedentes prohibent.

XII.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui per se vel alium vel alios, quascunque personas Ecclesiasticas, vel sæculares, ad dictam curiam, super eorum causis, & negotiis, recurrentes, illasque in eadem curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, Advocatos, Procuratores ipsorum, seu etiam Auditores, vel judices, super dictis causis, vel negotiis deputatis, occasione causarum, vel negotiorum hujusmodi verberant, mutilant, vel occidunt, seu bonis spoliant, vel qui per se vel alium seu alios, directè vel indirectè, prædicta exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur, cujuscunque præeminentiæ vel dignitatis fuerint.

Appellantes à gravamine vel futura executione litterarum Apostolicarum, ad Laicam potestatem.

XIII.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes tam Ecclesiasticos, quàm sæculares cujuscunque dignitatis, qui, prætexentes frivolam quandam appellationem à gravamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, tam gratiam, quàm justitiam concernentium, nec non citationum, inhibitionum, sequestrationum, monitoriorum, processuum executorialium, & aliorum decretorum, à nobis, & à Sede prædicta, seu Legatis, Nunciis, Præsidentibus Palatii nostri, & Cameræ Apostolicæ, Auditoribus, Commissariis, aliisque Judicibus & Delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanaverint; aut aliàs ad curias sæculares, & Laicam potestatem recurrunt, & ab ea, instante etiam Fisci Procuratore vel Advocato, appellationes hujusmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria & alia prædicta, capi, & retineri faciunt: quive illa simpliciter, vel sine

eorum

eorum beneplacito, & consensu, vel examine, executioni demandari, aut, ne Tabelliones, & Notarii, super hujuscemodi litterarum & processuum executione, instrumenta, vel acta conficere, aut confecta, parti, cujus interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibent ac etiam partes, seu eorum agentes, consanguineos, affines, familiares, notarios, executores & subexecutores litterarum, citationum, monitoriorum & aliorum prædictorum, capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex civitatibus, locis, & regnis ejiciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, concutiunt & comminantur per se vel alium vel alios, publicè vel occultè, quivé aliàs quibuscunque personis, in genere vel in specie, ne pro quibusvis eorum negotiis prosequendis, seu gratiis vel litteris impetrandis, ad Romanam Curiam accedant aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel litteras à dicta Sede impetrent, seu impetratis utantur, directè vel indirectè prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut Notarios seu Tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præsumunt.

In executionem litterarum Apostolicarum aut aliarum expeditionum impedientes, & prohibentes, ad gratias impetrandas, accedentes.

XIV.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes, & singulos, qui per se vel alios, authoritate propriâ, ac de facto, quarumcunque exemptionum vel aliarum gratiarum vel litterarum Apostolicarum prætextu, beneficiales & decimarum ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas, ab Auditoribus & Commissariis nostris, aliisque judicibus Ecclesiasticis avocant, illarumque cursum & audientiam, ac personas, Capitula, Conventus, Collegia, causas ipsas prosequi volentes, impediunt, ac se de illarum cognitione, tanquam judices, interponunt: quivé partes actrices, quæ illas committi fecerunt & faciunt, ad revocandum, & revocari faciendum, citationes & inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum vel consentiendum, eos, contra quos tales inhibitiones emanârunt, à censuris & pœnis, in illis contentis, absolvi, per statutum vel aliàs compellunt, vel executionem litterarum Apostolicarum, seu executorialium, processuum ac Decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel suum ad id favorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum Prætensionum, seu etiam donec ipsi ad nos informandos, ut dicunt, supplicaverint aut supplicari fecerint, nisi supplicationes

hujusmodi coram nobis & Sede Apostolica legitimè prosequantur, etiamsi talia committentes fuerint Præsidentes Cancellariarum, Conciliorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vice-Cancellarii, Consiliarii, Ordinarii, vel Extraordinarii, quorumcunque Principum sæcularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali vel aliâ quacunq; præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarii, seu Vicarii, fuerint.

In eos Judices sæculares, qui Ecclesiasticas personas ad sua tribunalia trahunt; quique Ecclesiasticam libertatem tollunt, vel in aliquo lædunt.

XV.

QUive ex eorum prætenso officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcunque, personas Ecclesiasticas, Capitula, Conventus, & Collegia Ecclesiarum quarumcunque coram se ad eorum tribunal, audientiam, Cancellariam, Concilium vel Parlamentum, præter Juris Canonici dispositionem, trahunt, vel trahi faciunt vel procurant, directè vel indirectè, quovis quæsito colore; nec non qui statuta, ordinationes, constitutiones pragmaticas, seu quævis alia decreta, in genere vel in specie, ex quavis causa & quovis quæsito colore, ac etiam prætextu litterarum Apostolicarum, usu non receptarum seu revocatarum, vel cujusvis consuetudinis aut Privilegii, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinaverint & publicaverint, vel factis & ordinatis usi fuerint, unde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quovis modo restringitur, seu nostris seu dictæ Sedis & quarumcunque Ecclesiarum juribus quomodolibet directè vel indirectè, tacitè vel expressè, præjudicatur.

In impedientes Prælatos, ne suâ jurisdictione utantur, quique, illorum vel delegatorum judicia eludentes, ad curiam sæcularem recurrunt.

XVI.

NEc non qui Archi-Episcopos, Episcopos, aliosque superiores vel inferiores Prælatos, & omnes alios quoscunque judices Ecclesiasticos Ordinarios quomodolibet, hac de causa directè vel indirectè, incarcerando, vel molestando, eorum agentes, procuratores,

tores, familiares, nec non consanguineos & affines, impediunt, quô minùs suâ jurisdictione Ecclesiasticâ contra quoscunque utantur, secundùm quod Canones, & Sacræ Constitutiones Ecclesiasticæ, Decreta Conciliorum Generalium, & præsertim Tridentini, statuunt; ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis Delegatorum, quorumcunque Sententias ac Decreta, aut aliàs fori Ecclesiastici judicium eludentes, ad Cancellarias & alias curias Ecclesiasticas recurrunt, & ab iis prohibitiones, & mandata, etiam pœnalia, ordinariis aut delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant; eos quoque, qui hæc decernunt & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium vel favorem in eisdem.

In usurpantes Sedis Apostolicæ & quarumcunq; Ecclesiarum jurisdictiones, vel etiam fructus sequestrantes.

XVII.

QUive Jurisdictiones, seu fructus, redditus & proventus, ad nos & Sedem Apostolicam, & quascunque Ecclesiasticas personas, ratione Ecclesiarum, Monasteriorum & aliorum beneficiorum pertinentes, usurpant, vel etiam quavis occasione vel causâ, sine Romani Pontificis, vel eorum ad quos de jure pertinent, expressa licentia, sequestrant.

In imponentes decimas & onera personis Ecclesiasticis, Ecclesiis, Monasteriis, aut eorum fructibus.

XVIII.

QUive Collectas, decimas, taleas, præstantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & aliis personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujusmodi, absque simili Romani Pontificis speciali & expressa licentia imponunt, & diversis etiam exquisitis modis exigunt, aut, sic imposita, etiam à sponte dantibus & concedentibus recipiunt: nec non, qui per se vel alium seu alios, directè vel indirectè, prædicta facere, exequi vel procurare, aut in iisdem auxilium, consilium, vel favorem, aut votum, seu suffragium palàm vel occultè præstare non verentur, cujuscunque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut statûs, etiamsi Imperiali vel

Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respub. & alii Potentatus, quicunque etiam Regnis, Provinciis, civitatibus & terris quoquo modo præsidentes, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti: innovantes decreta super his per Sacros Canones, tam in Lateranensi novissimè celebrato, quàm aliis Conciliis generalibus edita, etiam cum censuris & pœnis in eis contentis.

Contra judices sæculares, in causis capitalibus seu criminalibus contra Ecclesiasticas personas, se interponentes.

XIX.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes & quoscunque Magistratus, Senatores, Præsidentes, Auditores, & alios judices, quocunque nomine vocentur, ac Cancellarios, Vice-Cancellarios, Notarios, Scribas, ac Executores & Subexecutores, & alios quoquo modo se interponentes, in causis capitalibus seu criminalibus, contra personas Ecclesiasticas, illas banniendo, capiendo, processando, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, sine speciali, specifica, & expressa hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia; quique ejusmodi licentiam ad personas & causas non expressas extendunt, vel aliàs illâ perperàm abutuntur; etiamsi talia committentes fuerint Consiliarii, Senatores, Præsidentes, Cancellarii, Vice-Cancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati.

In occupantes loca, & terras Ecclesiæ Romanæ, & in illis supremam jurisdictionem usurpantes.

XX.

ITem excommunicamus & anathemattizamus omnes illos, qui per se vel alium seu alios, directè vel indirectè, sub quocunque titulo, vel colore, de facto occupant, detinent, vel hostiliter destruunt, vel invadunt, vel occupare, detinere, vel destruere, aut invadere hostiliter præsumpserint, in totum vel in partem, Almam Urbem, Regnum Siciliæ, Insulas Sardiniæ & Corsicæ, terras citra Pharum, Patrimonium B. Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venaysinum, Sabinensem, Marchiæ Anconitanæ, Massæ, Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & Maritimas Provincias, illarumq; terras & loca, ac terras specialis coñissionis Arnulphorum, civi-

civitatesque nostras Bononiam, Cæsenam, Ariminum, Beneventum, Perusium, Avenionem, civitatem Castelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias civitates, terras & loca, vel jura, ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, dictæque Ecclesiæ Romanæ mediatè vel immediatè subjecta; quique supremam jurisdictionem in illis, nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ competentem de facto usurpare, perturbare, retinere & vexare variis modis præsumunt: nec non adhærentes, fautores & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstantes.

Reservatio absolutionis Romani Pontificis.

XXI.

CEterùm, à prædictis sententiis, nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstitâ, absolvi possit, etiam prætextu quarumvis facultatum & indultorum, quibuscunque personis Ecclesiasticis, sæcularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium & Militarium regularibns, etiam Episcopali vel aliâ majori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis piis, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali & aliâ mundanâ excellentiâ fulgentibus, per nos & dictam Sedem, ac cujusvis Concilii decreta, verbo, litteris, aut aliâ quacunque scripturâ in genere & in specie concessorum & innovatorum, ac concedendorum & innovandorum.

Contra absolventes in supradictis casibus.

XXII.

QUod si fortè aliqui, contra tenorem præsentium, talibus excommunicatione & anathemate laqueatis, vel eorum alicui, absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint; eos excommunicationis sententiâ innodamus, graviùs contra illos spiritualiter & temporaliter, prout expedire noverimus, processuri.

Abso-

Absolutio Romani Pontificis, etiam solemnis, quos non comprehendat.

XXIII.

DEclarantes ac Protestantes, quamcunque absolutionem, etiam solemniter per nos faciendam, prædictos excommunicatos sub præsentibus comprehensos, nisi priùs à præmissis, cum vero proposito ulteriùs similia non committendi, destiterint; ac, quo ad eos qui contra libertatem Ecclesiasticam, ut præmittitur, statuta fecerint, nisi priùs statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, & decreta hujusmodi publicè revocaverint, & ex Archivis seu Capitularibus locis aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri & cassari, ac nos de revocatione hujusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari: quin etiam per hujusmodi absolutionem, aut quoscunque alios actus contrarios, tacitos vel expressos, ac etiam per patientiam & tolerantiam nostram, vel Successorum nostrorum, quantocunque tempore continuatam, in præmissis omnibus & singulis ac quibuscunque juribus Sedis Apostolicæ ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, undecunque & quomodocunque quæsitis vel quærendis, nullatenus præjudicari posse seu debere.

Quod non obstant Privilegia, aut quævis Apostolica indulta, quô minùs quis in hoc processu includatur.

XXIV.

NOn obstantibus Privilegiis, indulgentiis & litteris Apostolicis generalibus vel specialibus supradictis, vel eorum alicui seu aliquibus, & aliis cujuscunque ordinis, statûs, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint; etiamsi, ut præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quavis Ecclesiasticâ & mundanâ præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Provinciis, civitatibus, seu locis, à prædicta Sede ex quavis causa, etiam per viam contractûs aut remunerationis, & sub quavis alia forma & tenore, ac cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, concessis, etiam continentibus quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus, dignitatibusque eorum mentionem; nec non consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac præscriptionibus quantumcunque longissimis, & aliis quibuslibet observantiis, scriptis vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus ac sententias, quô minùs includantur in eis, se juvare valeant ac tueri: quæ omnia quo ad hoc, eorum

omnium

omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omisso, insererentur, præsentibus pro expresis habentes, penitus tollimus, & omninò revocamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Quod appensio processûs in valvis Ecclesiæ S. Ioannis Lateranensis, aut Basilicæ Principis Apostolorum, ignorantiæ aut excusationis locum non relinquant.

XXV.

UT verò præsentes nostri processûs ad communem omnium notitiam faciliùs deducantur, chartas seu membranas, processus ipsos continentes, in valvis Ecclesiæ S. Ioannis Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, appendi fecimus; quæ processus ipsos, quasi sonoro præconio & patulo indicio, publicabunt, ut ii, quos processus hujusmodi contingunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut quod ipsos ignoraverint, nullam possint excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare; cum non sit verisimile, id remanere incognitum quod tam patenter omnibus publicatur. Insuper, ut processus ipsi ac præsentes litteræ, ac omnia & singula in eis contenta, eò fiant notiora, quò in plerisque civitatibus & locis fuerint publicata; universis & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis, Prælatis, & Rectoribus ubilibet constitutis, per hæc nostra scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, ut, per se vel alium seu alios, præsentes litteras, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, aut, si expedire viderint, etiam pluries, in Ecclesiis suis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenerit, solemniter publicent, & ad Christi fidelium mentes reducant, nuntient & declarent.

Quod confessarii harum litterarum transumptum habeant.

XXVI.

CEterùm, hortamur eosdem universos & singulos Patriarchas, Archi-Episcopos, Episcopos, aliosque locorum Ordinarios, & Ecclesiarum Prælatos, nec non Rectores, ceterosque curam animarum exercentes, ac Presbyteros sæculares, & quorumvis ordinum Regulares, ad audiendum confessiones quavis authoritate deputatos, ut transumptum harum litterarum penes se habere, legere & diligenter examinare procurent: volentes earundem præsentium transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & Sigillo

Judicis Ordinarii Romanæ Curiæ, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eandem prorsus fidem, in judicio, & extra illud ubique locorum, adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, declarationis, protestationis, sublationis, revocationis, commissionis, innodationis, mandati, hortationis & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis DEI, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M DC VI. X. Cal. April. Pontificatûs nostri Anno primo.

M. Vestrius Barbianus.

CASUS SUMMO PONTIFICI RESERVATI;

A quibus Parochi neminem, citra specialem facultatem, absolvere possunt.

I. Interficiens aut verberans Clericum; si læsio sit atrox & enormis: persequens Episcopum, vel majorem, & Prælatum.

II. Qui aliquo externo signo suam hæresin prodit, aut Hæreticis, ab Ecclesia damnatis, circa suas perversas opiniones favet, eosque defendit.

III. Qui libros hæreticorum scienter legit, aut domi servat, citra specialem dispensationem.

IV. Qui à Romani Pontificis obedientia, & Ecclesiæ Catholicæ unitate, pertinaciter seipsum segregat.

V. Falsificans litteras Apostolicas, & impediens jura vel libertatem curiæ Romanæ.

VI. Offen-

VI. Offendens Ecclesiasticam libertatem; ut, qui effringit & spoliat loca sacra, vel qui contra Ecclesiæ jura & privilegia judicat, aut Ecclesiarum bona detinet, alienat, vel alienata recipit; qui etiam non reddit decimas.

VII. Religiosus habitum suum temerè dimittens.

VIII. Simoniacè dans vel recipiens Sacros Ordines, aut beneficium Ecclesiasticum; & quicunq; suam operam, vel consilium interponit, ubi voluntas est dandi vel accipiendi pro re spirituali rem temporalem, cum significatione alicujus pacti, expressi vel taciti, in quod pactum pars utraque consensit. Quæ simonia realis in rebus Ecclesiasticis, beneficiisvé commissa, conjunctam habet obligationem ad beneficia non retinenda, & ad fructus eorum restituendos; in Ordinibus verò suspensum reddit illum, qui ordinatus est, ut non possit ea, quæ sui sunt ordinis, citra specialem facultatem, exequi.

IX. Incendiarius, qui publicè fuit pro excommunicato denunciatus.

X. Missam celebrans in excommunicatione majore.

XI. Commutans alicui vota, facta de servanda castitate perpetua, de ingressu religionis, de

visitando sepulchro Domini, aut de suscipienda peregrinatione ad Apostolorum Petri & Pauli limina, vel ad S. Jacobum in Compostellam.

XII. Sepeliens hæreticos, & illis adhærentes, in loco sacro.

DE CASIBUS EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI RESERVATIS.

SAcra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum præposita, die 26. Novembris Anno 1602. locorum ordinarios admonendos censuit, ut atrocium tantùm & graviorum criminum absolutionem sibi reservent, quorum reservatio ad Christianam disciplinam retinendam confert in ædificationem, sicut nec superfluos, seu in Bulla Cœnæ, aut aliàs in corpore juris Canonici Papæ reservatos: idcircò cum priora Agenda nostra pastoralia Anno 1574. edita, habuerint 31 casus reservatos, eos ad numerum II. *restringimus, prout sequitur:*

I. Enormis blasphemia in Deum, vel Sanctos in loco publico.

II. Abusus hostiæ Sanctæ, Chrismatis, Olei S. vel cujusvis rei sacratæ ad sortilegium, divinationem, incantationem, aliosvé usus magicos.

III. Per-

III. Perjurium Clerici attactis SS. Evangeliis in Judicio.

IV. Crimen incendiarii, Excisio notabilis segetis, Arborum frugiferarum, vitium, & vinearum ex odio tertii, aut communitatis.

V. Crimen falsariorum tam monetæ, quàm litterarum seu instrumentorum publicorum.

VI. Sodomia, bestialitas, congressus cum Dæmone carnalis.

VII. Commixtio Sacerdotis cum filia spirituali.

VIII. Homicidium voluntarium quantumvis occultum: & adhortatio, ex qua commissum est homicidium.

IX. Depulsio fœtûs, sive animati, sive inanimati.

X. Percussio Parentum enormis.

XI. Matrimonium à sciente, conjugem suam, aut alterius contrahentis adhuc vivere, initum.

ORDO POENITENTIÆ SACRAMENTI ADMINISTRANDI.

Cum ad confitendum homines accedunt, Parochus cum detestatione suorum peccatorum in templo, nisi necessitas vel pœnitentis infirmitas aliud suaserit, & tempus suppetat, ad hoc Ministerium rectè sanctéque obeundum, piis precibus divinum auxilium implorabit, stolâ, & superpelliceo, juxta rituale Romanum, indutus. Deinde cum pœnitens depositis armis, si fortè illis accinctus, flexis genibus, nudo capite, junctis manibus sedens ad confessionalem

sedem, quæ crates perforatas habeat, facto crucis signo petet benedictionem dicendo: Benedic Pater. vel Germanicè:

Herr gebt mir den heiligen Segen. vel Gallicè: *Mon Pere donnez moy la benediction.*

Sacerdos detecto capite, crucis signum super pœnitentem pronuntiabit, dicens:

Dominus sit in corde tuo, & in labiis tuis ad benè confitendum peccata tua, in nomine Patris ✠ & Filii, & Spiritûs Sancti.

Pœnitens recitet generalem confessionem latinè usque ad illa verba (ideò precor) vel germanicè, aut gallicè, juxta usum regionis vel loci, ubi confitetur: Confiteor &c.

Ich armer sündiger Mensch / bekenne Gott dem Allmächtigen / Mariæ seiner Hochwürdigen Mutter / allen lieben Heiligen Gottes / und geb mich schuldig / daß ich von meinen kindlichen Tagen an / biß auff diese Stunde / offt / und viel gesündiget hab / mit Gedancken / Worten / Wercken / und unterlassung vieler guten Wercken / wie dann solches alles geschehen ist / heimblich / oder öffentlich / wissentlich / oder unwissentlich / wider die Zehen Gebott / in den sieben Todtsünden / an den fünff Sinnen meines Leibs / wider Gott / wider meinen Nechsten / und wider das Heyl meiner armen Seel. Solche und alle meine Sünde seynd mir leyd von Hertzen. Derohalben klopffe ich an mein sündiges Hertz / und spreche mit dem offnen Sünder / O GOTT! sey mir armen Sünder gnädig.

Je me confesse à Dieu tout Puissant, à la Bien-heureuse Vierge Marie, à tous les Saincts (& à vous mon pere) & ie m'accuse d'auoir souvent & beaucoup peché dans mes cinqsens contre mon Dieu, contre mon prochain, & contre moy meme, par pensées, par paroles, par œuvres, & par omissions, Je deteste ces pechez & tous autres, dont ie me suis rendu coulpable dez l'vsage de raison, & ie m'en repens de tout mon coeur, en foy de quoy ie frape ma poitrine disant auec le Publicain: Dieu de misericorde ayez pitié de moy pauvre pecheur.

Deinde dicendo tempus ultimæ confessionis, & an pœnitentiam in ea impositam impleverit, peccata sua clarè, & distinctè cum numero, præsertim mortalia, recenseat.

Si pœnitens numerum, & species, & circumstantias peccatorum explicatu necessarias non expresserit, eum Sacerdos prudenter interroget.

Sed caveat, ne curiosis aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat, præsertim juniores utriusque sexûs, vel alios, de eo, quod ignorant, interrogando.

Si verò confessarius, pro personarum qualitate, cognoverit pœnitentem ignorare Christianæ fidei rudimenta; si tempus suppetat, eum breviter instruat de articulis fidei, & aliis ad salutem cognitu necessariis, & ignorantiam ejus corripiat, illumque admoneat, ut ea postmodum diligentiùs addiscat.

Quibus præviis habitâ ratione pœnitentis, eum spe veniæ consoletur, vel paternè instruat de peccatorum gravitate, & ad dolorem, & contritionem efficacibus verbis adducat, attendens, ut dolor ex motivo supernaturali concipiatur, ne Sacramentum in parte essentiali deficiat, atque ad vitam emendandam remedia peccatorum tradat.

Memi-

Meminerit porrò Sacerdos, ægris non esse injungendam gravem aut laboriosam Pœnitentiam; sed indicendam tantùm illam, quam, si convaluerint, opportuno tempore peragant. Interim juxta gravitatem morbi, aliquâ oratione, aut levi satisfactione impositâ, & acceptatâ, absolvantur, prout opus fuerit.

Confessarius impositâ pœnitentiâ, prudenti ejus judicio, salutari dicit:

Misereatur tui Omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Amen.

Deindè dexterâ versus pœnitentem elevatâ dicit:

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus. Amen.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, & ego authoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis (suspensionis, si pœnitens sit in sacris) & interdicti in quantum ego possum, & tu indiges, deinde. Ego te absolvo à peccatis tuis in nomine Patris ✠, & Filii, & Spiritûs Sancti.

Passio Domini nostri Jesu Christi, merita B. Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

In confessionibus autem frequentioribus, ubi magnus populi est concursus, omitti potest. Misereatur &c. Indulgentiam &c. & satis erit dicere: Dominus noster Jesus Christus &c. ut suprà. Urgente verò aliquâ gravi necessitate in periculo mortis breviter dicere poterit.

Ego

Ego te absolvo à peccatis tuis in nomine Patris, &c.

DE ABSOLUTIONE AB EXCOMMUNICATIONE in foro exteriori, quæ aliquando Parocho, utpote eam non habenti, ab Ordinario committitur.

PRimò Excommunicatus ei, ob cujus offensam in excommunicationem incurrit, priùs, si potest, satisfaciat; quod si tunc non possit, sufficientem cautionem præbeat, aut saltem, si eam præstare non potest, stipulatâ manu adpromittat, se cum primùm poterit, satisfacturum.

Secundò, si crimen, ob quod in excommunicationem incidit, sit grave, juramentum ab eo exigatur de parendo mandatis Ecclesiæ, quæ illi fient pro tali causa: ac præcisè, ne deinceps delinquat contra illum canonem, vel decretum, contra quod faciendo censuram incurrit.

Denique hunc absolvendi modum observabit.

Pœnitentem coram se utroque genu flexo, in humero (si vir fuerit) usque ad camisiam exclusivè denudato, virgâ aut funiculis cædens, leviter percutit dicendo totum psalmum: Miserere mei Deus. &c.

Deindè surgit, & aperto capite dicit:

Kyrie eleîson. Christe eleîson. Kyrie eleîson.
Pater noster &c.

℣. Et ne nos &c. ℟. Sed libera &c.
℣. Salvum fac servum tuum Domine.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non nocebit ei.
℣. Esto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Domine exaudi &c. ℟. Dominus vobiscum &c.

Oremus.

Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere; suscipe deprecationem nostram, ut hunc famulum tuum, quem excommunicationis sententia constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Mox sedet Confessarius, & cooperto capite dicit:

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, & ego authoritate ipsius, & Sanctissimi Domini nostri Papæ (vel Reverendissimi Archi-Episcopi) mihi ccmmissâ, absolvo te à vinculo excommunicationis, in quam incurristi, vel incurrisse declaratus es propter tale factum, & causam (hìc exprimatur illud, vel illa) & restituo te communioni & unitati fidelium & Sanctis Sacramentis Ecclesiæ. In nomine Patris ✠, & Filii, & Spiritûs Sancti.

In foro autem interiori Confessarius habens facultatem absolvendi excommunicatum, absolvat juxta formam communem suprà præscriptam in absolutione Sacramentali.

MODUS ABSOLVENDI A SUSPENsione vel interdicto in- vel extra Confessionem Sacramentalem.

SI Sacerdoti sit commissa facultas absolvendi aliquem à Suspensione, vel interdicto, quamvis nulla verba sint determinata, uti poterit hac formulâ. Pœnitens dicat: Confiteor. Sacerdos. Misereatur &c. Indulgentiam &c.

Autho-

Authoritate mihi ab N. traditâ Ego absolvo te à vinculo suspensionis, vel interdicti, quam, vel quod propter tale factum, vel causam N. incurristi seu incurrisse declaratus es. In nomine Patris ✠ &c.

Advertat autem Sacerdos, ne ullo modo in iis facultatis suæ terminos excedat.

DE EUCHARISTIÆ SACRAMENTO.

PArochus summum studium in eo ponat, ut cum ipse Venerabile hoc Sacramentum, quâ decet reverentiâ, debitoque cultu tractet, custodiat, & administret; tum etiam populus sibi commissus religiosè colat, sanctè frequenterque suscipiat, præsertim in majoribus anni solennitatibus. Ideò populum sæpè admonebit, qua præparatione & qua animi pietate, & humili etiam corporis habitu ad tam divinum Sacramentum debeat accedere; ut præmissâ Sacramentali confessione omnes saltem à media nocte jejuni, & utroque genu flexo Sacramentum humiliter adorent, atque ita reverenter suscipiant.

Moneantur præterea communicantes, ut sumpto Sacramento non statim ab Ecclesia discedant, aut colloquantur, nec statim vagis oculis circumspiciant, aut exspuant, sed aliquantisper in oratione permaneant gratias Deo agentes de tam singulari beneficio.

Curare porrò debet, ut perpetuò aliquæ particulæ consecratæ eo numero, qui usui infirmorum, & aliorum fidelium communioni satis esse possit, conserventur in pyxide ex solida, decentique materia, eaque munda & operculo suo benè clausa, albo velo coopertâ, & quantum res feret in ornato Tabernaculo clave obserato, ad quod lampas die noctuque colluceat; curabitque Parochus, ut omnia ad ipsius Sacramenti cultum ordinata, integra, mundaque sint, & conserventur.

Sanctissimas Eucharistiæ particulas frequenter renovabit.

De Materia & Forma.

MAteria hujus Sacramenti duplex est : Panis usualis triticeus non fermentatus, & aquâ naturali confectus, una est respectu Corporis Christi conficiendi. Altera respectu Calicis : vinum de vite, sive ex uvis maturis expressum, usuale, ac substantialiter, & absolutè tale, cui modicum aquæ ex præcepto Ecclesiæ, & quidem graviter obligantis, admiscetur.

Trident. Sess. 22. cap. 7.

Forma consecrationis panis : Hoc est enim Corpus meum. Calicis verò hæc : Hic est enim calix Sanguinis mei, novi & æterni Testamenti Mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

De Ministro.

MInister est solus Sacerdos; distributio tamen in casu necessitatis Diacono committi potest, quæ quidem si moralis sit, licet non extrema, sufficit.

Eucharistia, si detur ut viaticum, dari debet infirmo à proprio Parocho, vel alio Sacerdote de ejus licentia, dum enim pro viatico administratur, est actus jurisdictionalis, spectatque ad jus pastorale, quod proin nemo alius sive sæcularis, sive regularis sine cõmissione usurpare audeat.

ORDO MINISTRANDI SAcram Communionem populo sano tam in Paschate, quàm aliis diebus.

SAcerdos igitur SS. Eucharistiam extra Sacrificium Ministraturus, hostiis, seu particulis pro populi multitudine consecratis, lotis priùs manibus, & superpelliceo, stolâque coloris officio illius diei convenientis indutus, sive retentis paramentis, & vestibus sacris, si celebrârit, præcedente clerico seu alio Ministro vinum ad purificationem eorum, qui communionem sumpturi sunt, præferente procedit ad altare manibus junctis, & accensis cereis, factâ priùs, & posteà genuflexione, extrahit ciborium seu pyxidem, & illam

illam super corporale depositam discooperit. Minister genibus flexis nomine populi ad cornu Epistolæ facit confessionem generalem dicens: Confiteor DEO &c. tum Sacerdos iterum genuflectit, & manibus junctis ante pectus, vertit se ad populum [advertens ne terga vertat Sacramento] & in cornu Evangelii dicit:

Misereatur vestri omnipotens DEUS, & dimissis peccatis vestris perducat vos ad vitam æternam. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens & misericors Dominus. Amen.

Manu dexterâ in formam crucis communicandos signans.

Deinde ad altare se convertit, genuflectit, sinistrâ pyxidem prehendit, & duobus digitis pollice, & indice Sacramentum accipit, & elevat, conversusque ad populum in medio altari dicit clarâ voce:

Ecce Agnus DEI, ecce qui tollit peccata mundi (mox subdit) Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantùm dic verbo, & sanabitur anima mea. Quod iterum, ac tertiò repetit.

Posteà ad communicandum accedit, incipiens ab iis, qui sunt ad partem Epistolæ: si tamen Sacerdotibus, vel aliis ex Clero danda sit SS. Communio, iis ad gradus Altaris genuflexis primò præbeatur; Sacerdotes verò cum stola communicent: & dum unicuique porrigit Sacramentum, faciat cum eo signum crucis communicantem versus, super pyxidem, simulque dicat: [Clerici in suo labore

Corpus Domini noſtri JESU CHRISTI cuſtodiat animam tuam in vitam æternam. Amen.

Antequam reponat Sacramentum, diligenter advertat, ut ſi aliquod fragmentum digitis adhæſerit, illud in pyxidem deponat, & eosdem digitos, quibus tetigit Sacramentũ, abluat, & purificatorio abſtergat, ablutionem verò ſumat, ſi celebraverit, aut iis, qui cõmunicârunt, ſumendam tradat, niſi prævie jam fecerit. Poſtea genuflectens reponat Sacramentum in Tabernaculo, & clave obſeret.

Si verò communio populi ſub miſſa fieret ab ipſo celebrante immediatè nimirum poſt ſuam communionem, tum Sacerdos ſumpto ſacratiſſimo Sanguine, antequam ſe purificet, extrahat ciborium, & genuflectat, miniſtro interim faciente confeſſionem ut ſuprà: ~~non tamen dabit benedictionem, quia illam in fine miſſæ dabit.~~

De Communione Paſchali.

Parochus populo opportunè denunciet præceptum de Communione annua, & conſtitutionem Concilii Lateranenſis ſub INNOCENTIO III. quæ ſic habet:

Omnis utriusque ſexûs fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua peccata, ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio ſacerdoti, & injunctam ſibi pœnitentiam propriis viribus ſtudeat adimplere; ſuſcipiens reverenter ad minus in Paſchate Euchariſtiæ Sacramentum, niſi fortè de proprii Sacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempus ab hujusmodi perceptione duxerit abſtinendum; alioquin & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtianâ careat ſepulturâ.

Sequitur eadem conſtitutio, Germanicè verſa, prout populo de ſuggeſtu prælegi debet:

Ein jeder glaubiger Menſch/ ſo bald er zu den Jah-

Jahren seiner Vernunfft kommen / soll alle seine Sünd auffs wenigst einmahl im Jahr seinem eignen Priester in geheimb und getreulich Beichten / und sich befleissen die auffgesetzte Buß nach seinem Vermögen zu vollbringen / und soll zum wenigsten zu Osteren das Heil. Sacrament des Fronleichnambs Jesu Christi würdiglich empfangen / es seye dann daß er nach rath seines eigenen Priesters oder Pfarrherrns / und gnugsamen Ursachen halber / ein Zeitlang von der Empfahung desselben Sacraments sich zu enthalten vermeynet. Sonst soll ihm in Zeit seines Lebens der Eingang der Kirchen verbotten werden / und so er stirbt / soll er Christlicher Begräbnuß beraubt seyn.

Parochus, si qui dicto tempore non communicaverint, & post Octavam Paschæ sæpius admoniti non obtemperaverint, Ordinario suo denunciet.

DE COMMUNIONE INFIRMORUM seu Viatico porrigendo.

Viaticum Sacratissimi Corporis Domini nostri Jesu Christi, summo studio, ac diligentiâ, ægrotantibus opportuno tempore procurandum est; ne fortè contingat illos tanto bono, Parochi incuriâ, privatos discedere.

Parochus hortetur infirmum, ut sacram communionem sumat, etsi mortis periculum non immineat.

Pro viatico autem ministrabit, cum probabile est, quod eam ampliùs sumere non poterit. Quod si æger sumpto Viatico dies aliquot vixerit, vel periculum mortis evaserit, & communicare voluerit, ejus pio desiderio Parochus non deerit.

Potest

Potest quidem Viaticum brevi morituris dari non jejunis, id tamen diligenter curandum est, ne iis tribuatur, à quibus ob phrenesin, sive ob assiduam tussim, aliumve similem morbum aliqua indecentia cum tanti Sacramenti injuria timeri possit. Cæteris autem infirmis, qui ob devotionem in ægritudine communicant, danda est Eucharistia ante omnem cibum, & potum, non aliter, ac cæteris fidelibus, quibus nec etiam per modum medicinæ aliquid sumere licet. Consultum verò est, ut Parochi primitùs infirmorum confessiones excipiant, antequam cum venerabili Sacramento, vel Extrema Unctione accedant; sic enim meliùs confitebuntur minori astantium seu offensione, seu molestiâ, si fortè confessio diutius protraheretur.

Parochus igitur ad communicandum infirmum processurus aliquot campanæ ictibus (potissimùm in pagis, ubi minùs frequens in platea populus) jubeat parochianos convocari, qui sacram Eucharistiam (ut laudabilis piorum usus non nullis Diœcesis nostræ locis obtinuit) comitentur, & umbellam seu Baldachinum, si habetur, ad domum ægri deferant; cubiculum autem infirmi prævie mundetur, in eoque mensa patetur linteo mundo cooperta cum luminaribus, & Crucifixo, in qua cœleste hoc animæ pabulum decenter deponatur. Adsint etiam, mappa candida, mantile, & vascula duo, unum vino, alterum verò aquâ repletum.

Parochus superpelliceo, & stolâ albi coloris indutus, ciborium velo serico cooperiat, quod ab humero utroque simul propendeat, ac dein nudo capite procedat.

Præcedat semper Minister, deferens facem, laternam cum libro Agendorum seu Rituali, & campanulam jugiter pulset. Parochus interim hymnum Pange lingua, &c, ut alicubi fit, vel cantare cum comitatu, vel dicere, vel alias preces pias fundere poterit.

Quod si longius iter obeundum sit per loca aspera, dissita, ac fortasse etiam equitandum, necesse erit vas, in quo Sacramentum defertur bursâ decenter ornatâ, & ad collum appensâ aptè includere, & ita ad pectus alligare, atque obstringere, ut neque decidere, neque è pyxide excuti queat; eo autem casu luminis, tintinnabuli, vestiumque clericalium usus in via prætermittitur, nec plures hostiæ sumendæ, quàm infirmorum numerus postulet, ut in reditu aliquam reportare non sit necesse.

Ingrediens locum Infirmi dicat:

℣. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Tunc repositum Sacramentum super mensa, suppositò corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus, & mox acceptâ aquâ benedictâ aspergit infirmum, & cubiculum dicens:

Asperges me Domine hyssopo, & primum versum psalmi, Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam. Gloria Patri &c. deinde repetitur Antiphona Asperges me, &c.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum, & terram.

℣. Domine exaudi. ℣. Dominus vobiscum.

Oremus.

Exaudi nos Domine, sancte Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

His dictis accedat infirmum, ut cognoscat, num sit benè dispositus ad suscipiendum sacrum viaticum; & si velit confiteri, ad confessionem procedat cum infirmo, prout supra de Pœnitent. ejusque confessione auditâ, absolvat, vel etiam, quando jam ante adventum Parochi fuisset confessus; recitetur cum infirmo confessio generalis: Confiteor Deo omnipotenti &c. Ich armer sündiger Mensch &c. ut supra pag. 54. Misereatur &c. Indulgentiam &c.

Deinde factâ genuflexione accipit Sacramentum de Ciborio, atque illud elevans ostendit infirmo dicens:

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Dein germanicè ter:

O Herr/ ich bin nit würdig/ daß du eingeheſt unter mein Dach/ ſondern ſprich nur ein Wort/ ſo wird mein Seel geſund.

Seigneur je ne ſuis point digne, que vous entriés dans ma maiſon, mais dites ſeulement une parole, & mon ame ſera guerie.

Et infirmus ſimul cum Parocho (ſi morbi vis permittat) eadem verba exprimat: tum Parochus dans infirmo Euchariſtiam dicat:

Accipe frater (ſoror) Viaticum Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui te cuſtodiat ab hoſte maligno, & perducat in vitam æternam. Amen.

Quod ſi mors immineat, & periculum ſit in mora, tunc dicto, Miſereatur, &c. prædictis precibus omnibus, vel ex parte, omiſſis, ei ſtatim Viaticum præbeatur.

Quibus omnibus ſic peractis, actum amoris Dei (ad quem formula inferiùs præſcripta pag. 78. ſubſervire poteſt) atque gratiarum actionem pro ſacra refectione, & omnibus aliis beneficiis acceptis, in infirmo excitabit, monebitque, ut animum à rebus terrenis, ac perituris abſtrahens ad Dominicæ paſſionis, cœleſtisque beatitudinis meditationem transferat, morbi etiam moleſtias patienter toleret in peccatorum expiationem: ac dein ſuper infirmum, paternè domeſticis commendatum, faciat cum Ciborio ſignum Crucis nihil dicens:

Poſt hæc Parochus modeſtâ gravitate, ac devotione ad Eccleſiam ſuam revertatur, ubi, ſi altera particula Sacramenti ſuperfuerit (ſupereſſe autem debet, niſi in caſu ſupradicto longi itineris) poſitum ſuper Altare Sacramentum adorat, benedictionem cum Ciborio, ſeu Sacramento in pyxide fidelibus præſentibus impertitur: quod ipſum, ut ita ſemper fiat, Parochi omni diligentiâ, & ſtudio

provi-

providebunt, ne, si secùs fiat, in reditu Ciborium inane cultu irreligioso adorandum populo exponant.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ UNCTIONIS.

EXtrema Unctio est Sacramentum per unctionem olei ab Episcopo benedicti, & orationem sacerdotis ad conferendam homini ægro ad mortem, velut medicina cœlestis, salutem mentis, vel etiam corporis, à Christo institutum, ab Apostolo promulgatum. * Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. * Iacobi cap. 5.

Hæc cœlestis medicina animæ, & corporis omni studio, ac diligentiâ periculosè ægrotantibus tanquam firmissimum quoddam in fine vitæ præsidium adhibenda est contra omnes versutias, & tentationes Dæmonis calcaneo insidiantis, dum impendere homini vitæ exitum prospicit. Unde & Sacramentum exeuntium nuncupatur.

Conveniens verò, ut eo tempore adhibeatur, si fieri possit, cum in illis adhuc integra mens, & ratio viget; ut ad uberiorem Sacramenti gratiam percipiendam, ipsi etiam suam fidem, ac piam animi voluntatem conferre possint, dum sacro liniuntur oleo: unde non est exspectandum quoad collationem Extremæ Unctionis usque dum causæ naturales ægrum nullo modo juvare possint, aut cum æger spe omni salutis amissâ, sensibus & vitâ carere incipit.

In quo illud in primis ex generalis Ecclesiæ consuetudine observandum est, ut, si tempus, & infirmi conditio permittant, ante Extremam Unctionem, Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta infirmis ministrentur.

De Materia & Forma.

Materia est oleum sacrum infirmorum feria v. in Cœna Domini ab Episcopo benedictum, quod singulis annis combusto veteri, renovandum est. Id tamen, si fortè infra annum aliquo

modo ita deficiat, ut sufficere non posse videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modico oleo non benedicto, in minori tamen quantitate, superinfuso adaugeri potest. Oleum porrò ipsum in vase argenteo seu stanneo diligenter custodiatur, & ad evitandum effusionis periculum, si ad infirmos deferatur, in bombycio asservetur. Forma hujus Sacramenti.

Per istam sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquisti per visum &c. Amen. Similiter in aliis membris ut infrà.

De Ministro.

Minister est proprius Parochus, seu alius sacerdos ex ejusdem commissione. Religiosus hoc Sacramentum sine venia Parochi administrans excommunicationem Papalem incurrit * nisi illum aut ignorantia, aut spes ratihabitionis, seu interpretativa & præsumpta voluntas excusaret; ungere enim est actus pastoralis jurisdictionis.

* *Cap. Religiosi de privileg. in Clementin.*

De Suscipientibus.

Debet hoc Sacramentum infirmis præberi, qui cum ad rationis usum pervenerint, tam graviter laborant, ut mortis periculum imminere videatur, & iis, qui præ senio deficiunt & in diem videntur morituri, etiam sine alia infirmitate; idem dicitur de mulieribus in partu deficientibus.

Infirmis autem, qui dum sanâ mente, & integris sensibus essent, illud petierunt, seu verisimiliter petiissent, seu dederunt signa contritionis, etiamsi deinde loquelam amiserint, vel amentes effecti sint, vel delirent, aut non sentiant, etiam de iis, quibus dubitatur, num vivant, nihilominus præbeatur.

Sed, si infirmus, dum phreneſi, aut amentiâ laborat, verisimiliter posset quidquam facere contra reverentiam Sacramenti, non inungatur, nisi periculum tollatur aut ligando, aut tenendo infirmum.

Non

Non miniſtretur prælium inituris; nec navigationem, peregrinationem, aut alia pericula ſubituris, nec reis ultimo ſupplicio afficiendis.

In extremo agone unum aliquod magis obvium membrum v. g. oculum, inungi ſufficit, dicendo totam formam: Per iſtam ſanctam Unctionem, & ſuam piiſsimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid deliquiſti per viſum, auditum, odoratum, guſtum, & tactum, &c. Si verò, dum ungitur, infirmus decedat, Parochus ultrà non procedat, & orationes omittat: Quod ſi verò dubitet, an vivat adhuc, unctionem proſequatur, ſub conditione pronuntiando formam dicens: Si vivis, per iſtam ſanctam unctionem &c. ut infrà.

Quando leproſi, alióve morbo contagioſo infecti, ungendi ſunt, etſi Parochus heroicè fecerit, ſi omni poſito timore, divinâ fretus gratiâ infirmum more uſitato inungat: poſſet tamen, qui naturâ eſſet timidior, vel debilior, ad evitandum periculum, ſpatulâ in ſacrum Oleum intinctâ unctionem perficere, eamque dein cum ſpatula, ſeu lino, quo pollicem, & loca inuncta terſit, in ignem projicere.

Quinque verò corporis partes ungi debent, quas veluti ſenſuum inſtrumenta homini natura tribuit: nempè oculi, aures, nares, os, manus, & pedes.

Manus tamen, quæ reliquis infirmis interiùs inungi debent, Presbyteris exteriùs ungantur, quia ibi priùs ab Epiſcopo in Ordinatione ſacerdotii inunctæ ſunt.

Si quis autem aliquo membro mutilatus, pars corporis illi propinqua inungatur eâdem verborum formâ.

In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari poteſt, ſi diuturna ſit, & infirmus aut convaluerit, aut periculum evaſerit, & rurſum poſt aliquantulum temporis de vita periclitetur.

De Effectibus.

Principalis est augmentum gratiæ sanctificantis, prout & cæterorum Sacramentorum, quæ vivorum nuncupantur. 2. liberatio à reliquiis peccatorum, & pronitate ad malum. 3. Corroboratio infirmi contra morbi pondus, terrores mortis & angores, omnisque Diabolicæ versutiæ nervos, magnam in eo Divinæ misericordiæ fiduciam excitans, 4. juxta opinionem gravium DD. deletio peccati mortalis, per accidens tamen, casu, quo nimirum infirmus ob invincibilem ignorantiam, vel impotentiam remediis aliis non est consecutus remissionem eorundem. 5. Secundarius effectus est sanitas etiam corporis, ubi animæ saluti expedierit. Ut proinde salubriter fecerit Parochus, si hos effectus infirmo exponat, illum confirmet, ac soletur, persuadeatque fore, ut ex hac mortali vita migrans, expeditiorem ad cœlos viam habeat. Omnes verò, qui infirmo adsunt, paternè hortetur in Domino, ut fragilitatis humanæ memores devotis suis precibus infirmi necessitates Deo commendare non desinant, potissimùm ubi adverterint ægrum tantis ægritudinis, & dolorum angustiis premi, ut mentem in oratione ad Deum elevare nequeat.

ORDO MINISTRANDI SACRAMENTUM EXTREMÆ UNCTIONIS.

PArochus igitur hoc Sacramentum ministraturus juxta præmonitum pag. 3. vestibus sacris, indutus utpotè sine quibus etiam in administratione hujus Sacramenti, extra loca hæreticorum, absque culpa mortali juxta Suarez, Bonacin. Gobat, & alios oleum sacrum ad infirmos deferre non licet, indutus, & quatenus fieri poterit, parari curet apud infirmum mensam, mappâ candidâ coopertam. 2. Effigiem crucifixi Salvatoris nostri cum candela ardente. 3. Vas cum medulla panis, sale, & aqua, ad abluendos & defricandos digitos peractâ unctione. 4. bombycium, linum, seu quid simile in globulos distinctum ad abstergendas partes inunctas. 5. priusquam æger inungatur, laventur membra seu loca, in quibus sacra unctio peragenda.

Sacer-

Sacerdos intrans cubiculum infirmi dicit:

℣. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in eâ.

Deinde depoſito Oleo ſuper menſam, cum aquâ benedictâ in modum crucis, & cubiculum aſpergit, dicens:

Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor, lavabis me, & ſuper nivem dealbabor. Gloria Patri &c.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum, & terram.

℣. Domine exaudì orationem meam &c.

Oremus.

Exaudi nos Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat hunc infirmum (hanc infirmam) & omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Tunc paternè ſalutet ægrum, & conſoletur piis verbis, deque hujus Sacramenti vi & efficaciâ, ſi tempus ferat, breviter admoneat, animum ejus confirmet, ac in ſpem vitæ æternæ erigat interrogans, num velit hoc Sacramentum in fide Eccleſiæ Catholicæ percipere, quod Deus animabus, corporibusque fidelium curandis ſalubriter inſtituit, quo dicente (volo) tunc Parochus ad confeſſionem (niſi præceſſerit) tum ad tollendum omne gravamen conſcientiæ, tum ad dignam, magisque fructuoſam hujus Sacramenti ſuſceptionem, hortetur ægrum; ac de more factâ confeſſione generali, Parochus dicit: Miſereatur tui &c. Indulgentiam &c.

Deinde Parochus moneat adſtantes ad orandum ſecum pro infirmo, & interpellandam Sanctorum interceſſionem, ut multiplicatis

tis interceſſoribus dignè hoc Sacramentum percipiat, & ipſe in genua provolutus incipiat, circumſtantibus pariter flectentibus, & reſpondentibus.

Parce Domine, parce famulo tuo (famulæ tuæ) quem (quam) redemiſti Chriſte ſanguine tuo, nec in æternum iraſcaris ei.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Salvator mundi. Adjuva nos.

Sancta Maria.
Sancte Michaël.
Sancte Gabriel.
Sancte Raphaël.
Omnes ſancti Angeli, & Archangeli Dei.
Omnes ſancti Throni & Dominationes.
Omnes ſancti Principatus & Poteſtates.
Omnes ſanctæ Virtutes cœlorũ.
Omnes ſancti Cherubim & Seraphim.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ.
Omnes ſancti Apoſtoli, & Evangeliſtæ.
Omnes ſancti Martyres & Confeſſores.

} ora pro eo (ea)

} orate pro eo (ea)

Omnes

Omnes ſancti Monachi & Eremitæ.
Omnes ſancti Anachoretæ.
Omnes ſanctæ Virgines & Viduæ.
Omnes ſancti Infantes.
Omnes ſancti Innocentes.
Omnes ſancti Pœnitentes & Confitentes.
Omnes Sancti.

orate pro eo (ea)

Propitius eſto. Reſponſio. Parce ei Domine.
Ab hoſte malo.
A morbo malo.
Ab inſidiis Diaboli.
A tentatione diabolica.
A ſubitanea, & improviſa morte.
Ab omni immunditia cordis, & corporis.
A morte perpetua.
Ab ira tua.

Libera eũ (eam) Domine.

Per Adventum tuum.
Per Nativitatem tuam.
Per Crucem & Paſsionem tuam.
Per Reſurrectionem, & Aſcenſionem tuam.
Per Adventum Spiritûs Sancti Paracliti.

In die Judicii. Libera eum (eam) Domine.

Peccatores.
Ut Pacem & Sanitatem ei dones.
Ut spatium & locum pœnitentiæ ei dones.
Ut omnes cogitationes pravas ab eo (ea) auferre digneris.
Ut illicitas voluptates ab eo (ea) repellere digneris.
Ut gratiam sancti Spiritûs cordi ejus infundere digneris.
Ut pœnitentiam, & remissionem omnium peccatorum suorum ei dones.
Ut famulum tuum (famulam tuam) à lecto ægritudinis tuâ potentiâ erigas.
Ut insidias Diaboli devincat.
Ut nos exaudire digneris.
Fili Dei.

} Te rogamus audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Parce ei Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mũdi. Miserere ei Dõ.
Agnus Dei qui tollis peccata mũdi. Exaudi nos Dõ.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Kyrie eleïson. Christe eleïson. Kyrie eleïson.
Pater noster &c. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. ℣. Sal-

℣. Salvum (salvam) fac servũ tuum (servam tuam)
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuère eum (eam)
℣. Esto ei turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo (ea)
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus qui Ezechiæ famulo tuo ter quinos annos ad vitam donâsti, ita & hunc famulum tuum (famulam tuam) à lecto ægritudinis tua potentia erigat ad salutem. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

Respice Domine famulum tuum (famulam tuam) in infirmitate corporis laborantem, & animam refove, quam creâsti, ut castigationibus tuis emendatus (emendata) continuò se sentiat tuâ medicinâ salvatum (salvatam.) Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde Parochus se erigat, manusque lavet, atque eis absterſis, dicat:

In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritûs sancti extinguatur in te omnis virtus Diaboli per im-

positionem manuum nostrarum, & per invocationem omnium sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginū, atque omnium simul Sanctorum. Amen.

Deinde intincto pollice in Oleo sancto in modum crucis inungit infirmum aptando verba formæ corporis partibus in hunc modum.

Ad oculos dextrum & sinistrum super tegumento eorum.

Per istam sanctam Unctionem ✠, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum deliquisti. Amen.

Parochus verò ad quamlibet Unctionem tergat loca inuncta globulo bombycii, lini, vel similis rei, eaque in vase mundo reponat, & comburi faciat.

Ad aures.

Per istam sanctam Unctionem ✠, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per auditum deliquisti. Amen.

Ad nares.

Per istam sanctam Unctionem ✠, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

Ad os compressis labiis.

Per istam sanctam Unctionem ✠, & suam piissimam misericordiā indulgeat tibi Dominus, quidquid per gustum, & locutionem deliquisti. Amen.

Ad

Ad manus.

Per iſtam ſanctam Unctionem ✠, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per tactum deliquiſti. Amen.

Adverte ſacerdotum manus inungendas exteriùs, ut dictum eſt ſuprà.

Ad pedes.

Per iſtam ſanctam Unctionem ✠, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per greſſum deliquiſti. Amen.

Quibus omnibus peractis Parochus dicit:

Kyrie eleîſon. Chriſte eleîſon. Kyrie eleîſon.
Pater noſter &c. Et ne nos &c.
℣. Salvum (ſalvam) fac ſervũ tuum (ſervam tuam)
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eum (eam)
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo (ea)
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudì orationem meam &c.
Dominus vobiſcum.

Oremus.

Domine Deus, qui per Apoſtolum tuum Jacobum locutus es: infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei

salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei: cura, quæsumus, Redemptor noster, gratiâ sancti Spiritûs languores istius infirmi (infirmæ) ejusque sana vulnera, & dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis, & corporis ab eo (ea) expelle, plenamque ei interiùs & exteriùs sanitatem misericorditer redde, ut ope misericordiæ tuæ restitutus (restituta) ad pristina reparetur officia. Qui cũ Patre, & Spiritu sancto vivis & regnas Deus in sæcula sæculorũ. Amen.

Oremus.

Respice, quæsumus Domine, famulum tuum (famulam tuam) in infirmitate sui corporis fatiscentem, & animam refove, quam creâsti, ut castigationibus emendatus (emendata) se sentiat tuâ medicinâ salvatum (salvatam) Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis, ad invocationem tui nominis benignus assiste, ut famulum tuum (famulam tuam) ab ægritudine liberatum (liberatam) & sanitate donatum (donatam) dextrâ tuâ erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiæ tuæ sanctæ, cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Post hæc Parochus imaginem Crucifixi, infirmi oculis offerat, admoneátque, ut Passionis Dominicæ memor, omnes infirmitatis suæ dolores patienter sustineat, mortis pavorem, fiduciâ in Christum conjectâ, abjiciat, se seque totum voluntati Divinæ commendet. Atque pro qualitate personæ salutaria monita breviter præbere poterit; non parùm autem infirmi saluti consulet, si è sequentibus formulis, pro actibus fidei, spei, & charitatis eliciendis, unum paragraphum per particulas prælegat, ut infirmus repetendo sequi possit, adeoque illo tempore, quo gravissimum salutis æternæ negotium juxta Theologorum doctrinam id maximè exposcit, in actibus illis infirmum adjuvet.

Si verò Parochus, extra administrationis Sacramenti actum, infirmum visitare, illóque tempore actus illos in infirmo elicere voluerit, tunc poterit consueto excitatorio sequenti infirmum hâc vice erigere.

Allerliebster (allerliebste) in Christo / ich ermahne Euch / daß ihr euer Hertz und Gemüth forthin von allen zeitlichen Sorgen und Begierden / durch die beystehende Gnad Gottes / wollet abwenden / und zu gewisser Hoffnung der ewigen Seeligkeit auffrichten. Daß ihr fortmehr die Schreckungen euer Sünden / und deß Feinds von der Höllen nicht förchtet / sonder auß gantzem Hertzen und Vertrauen Euch auff die Barmhertzigkeit unsers lieben Herrn JEsu Christi verlasset / der unsere Gebrechlichkeit wohl weiß / und erkennet / der auch unsere Sünde / für welche Er den bittern Todt gelitten / hingenommen / und uns seinem himmlischen Vatter wiederumb versöhnet / und den Teuffel von der Höllen / daß derselbe über uns Christglaubigen keine Macht / noch Gewalt

haben

haben kan/ überwunden hat. Darumb mein allerliebster Bruder (allerliebste Schwester) solt ihr wol gehertzt/ gemutet/ und getröst seyn/ und festiglich glauben/ daß Gott Euch nimmer verlassen/ sonder Euch gnädiglich beystehen/ Euch schützen uñ beschirmen will für allen Gift/ und bösen Anfechtungen deß Teuffels/ und Euch forthin behüten biß zu einem seeligen Ende dieses vergänglichen Lebens/ und darnach führen in sein ewiges Leben. Amen.

Sacerdos sic concludens, porrigendo crucem Dominicam infirmo, dicat:

Zu dem Ende laß ich euch hie ein Zeichen deß heyligen Creutzes/ ob schon euch euere Sprach entfiele/ und euere Ohren verstopffet würden/ daß ihr gleichwol aller obgemeldter Ding in euerem Hertzen gedencken möget/ und euch an den gecreutzigten JEsum Christum haltet wider alle Anfechtungen biß zum End/ darauff so befehle ich euch mit Seegen Göttlicher Gnaden in die Hand deß ewigen Vatters/ darinn ihr euch/ wann euere letzte Stund vorhanden/ befehlen/ und sprechen solt. O Vatter in deine Hände befehle ich meinen Geist/ derselb nehme alsdann auff/ eueren Geist zum ewigen Leben. Amen.

Mon tres cher frere en Jesus Christ (ma

tres

tres chere ſoeure) Je vous conjure d'eloigner doreſenavant vôtre eſprit de toutes penſées terreſtres, de l'eleuer à Dieu, & de ne concevoir à preſent, par le ſecours de ſa grace, que des penſées celeſtes jointes à vne eſperance ſolide de vôtre ſalut eternel; de peur que vous ne vous laiſſiez aller au deſeſpoir par l'enormité de vos pechez paſſez, ou par les ſuggeſtions du malin eſprit, mais recommandez vous de grand coeur auec confiance à la miſericorde de nôſtre tres Aimable Sauveur & Redempteur Jeſus Chriſt, qui voit & connoit à fond nôtre miſere, qui a auſſy effacé nos pechez par ſa mort, nous a remit en grace auec ſon Pere, & a tarraſſé le Demon, pour qu'il n'euſſe deſormais aucun pouvoir ſur nous. C'eſt pourquoy mon tres cher frere (ma tres chere ſoeure) ayez bon courage & croyez fermement que Dieu ne vous abandonnera iamais, mais qu'il vous aſſiſtera, & vous defendera contre toutes les ruſes & tentations du Demon, vous conſeruera jusqu'au dernier ſouffle de vôſtre vie, & vous conduira enfin à la vie eternelle. Ainſy ſoit il.

Sacerdos ſic concludens, porrigendo crucem Dominicam infirmo dicat:

Je vous laiſſe cette croix afin que la regardant ſouvant, & la baiſant devotement, vous vous ſouveniez de Jeſus Chriſt mourant, pour

vous conformer à luy en cet estat, & pour attirer dans vostre ame le fruit de sa passion & de sa mort, que si vous perdiez la parole ou boüye vous pouvez retenir dans vôtre coeur la pieuse pensée de l'aimable Jesus crucifié, & vous fortifier par ce moyen cõtre les tentations du Demon. Au reste je vous recomande, par le secours de la grace diuine entre les mains du Pere Eternel, auquel vous vous recomanderez aussy (si peut estre la derniere heure de vostre vie approchoit) & direz, Seigneur je recomande mon ame entre vos mains, qu'il daigne donc la receuoir dans sa gloire & beatitude eternelle. Ainsy soit il.

Actus Fidei.

§. 1.

MEin Herr/und Gott! O höchste unverfälschte Warheit/ die du nit kanst betrogen werden/ weiln du der allerweiseste bist/ auch nit betriegẽ kanst weiln du gütig/ und der allergütigst bist/ ich glaub alles beständig/ und unbeweglich/ was deine Majestät uns armen Creaturen hat geoffenbaret/ weil du es geredt hast.

Si infirmus sit debilis, hæc pro actu Fidei sufficiunt.

§. 2.

ICh danck auch von grund meines Hertzens dir allmächtiger Gott/ daß du mit diesem H. Glauben mein hertz erleuchtet/ uñ mich gnädigst beruffen hast in die gemeinschafft deiner H. Kirchen/ welcher du
Matt. 16. deinen Beystand/ und daß sie nit solle überwältiget

werden/

werden/ versprochen hast/ demütiglich bittend du wollest mich in derselben erhalten / und in diesem Glauben stärcken. Auff diesen H. Glauben seynd viel tausend HH. Martyrer gestorben / erhalte mich auch darinn O allergütigster Vatter/ daß ich in keinem Stück zweyffele.

§. 3.

Gib mir O ewiger warhaffter Gott ein starck/ und freudiges Vertrauen auff deiner Offenbahrungs unfehlbahre Warhafftigkeit/ damit ich nach vollendetem Streit das Ziel deß Glaubens erlangen/ und sagen möge mit dem H. Apostel Paulo * *2. Tim. 4.
Ich hab ein guten Kampff gekämpffet / ich hab den Lauff vollendet; ich hab den Glauben bewahrt: hinfort ist mir hingelegt die Cron der Gerechtigkeit/ welche mir geben wird an jenem Tag der gerechte Richter.

In dieser meiner Bekantnus / und wahren Glauben gedenck ich/ und verspreche zu leben/ und zu sterben/ darzu helffe mir O ewiger/ warhaffter Gott Vatter/ Sohn/ und H. Geist/ dem ich jetzt und in meinem letzten Stündlein meine Seel befohlen haben will zum ewigen Leben. Amen.

Actus Spei, junctâ remissione offensionum proximi.

§. 1.

MEin Seel hoffe auff den Herrn/ dann er ist gütig/ *Psal. 129 Ioel. 2.*

tig/ und seiner Erbarmung ist kein Ende; vergist auch ein Mutter ihres Kindleins daß sie sich dessen nit erbarme? und ob sie desselben vergesse/ so will
Isaie 49. ich doch deiner nit vergessen: hastu mir O gütigster Herr durch deinen H. Propheten versprochen: Vim̃ wahr ich hab dich in meine Händ geschrieben.

§. 2.

Zu dir wende ich meine Augen/ zu dir gütigster/ mildreichester Gott/ dessen Güte unendlich ist: Auch besiehe ich dich/ O JEsu/ am Creutz außgespant/ das heylig Blut/ welches auß deinen Händen/ und Füssen/ auß deinem durchstochenen liebreichen Hertzen geflossen; das geringste Tröpfflein ware in Betrachtung deiner hochwertesten Person gnugsamb der gantzen Welt Sünde abzuwaschen; deiner Gütigkeit aber ware es nit gnug/ mit wenigem/ dann auß grosser Erbarmung warestu kommen die Sünder seelig zu ma-
Rom. 5. chen/ da die Sünd überhand genommen/ da hat auch die Gnad viel reichlicher überhand genommen. Mariam Magdalenam die Büsserin/ David den Ehebrecher/ Petrum den Verlaugner/ und den Mörder am Creutz hastu zu Gnaden auffgenommen; darumb O mildester Herr/ hab ich meine Hoffnung auff dich/ laß mich nimmermehr zu
Psal. 70. Schanden werden.

§. 3.

§. 3.

Umb deinetwillen verzeyhe ich auch von Grund meines Hertzens allen die mich belaydiget haben/ weilen du selbsten für deine Verfolger gebetten/ verzeyhe mir auch O himmlischer Vatter vollkommentlich nach deines lieben Sohns Verheissung; daß wann wir verzeyhen/ du uns auch verzeyhen werdest. *Matth. 6.*

Actus Amoris Dei.
è S. Augustino.

§. 1.

MEin Gott/ mein Herz/ und alles/ du bist der allersüsseste/ freundlichste/ geliebste/ allerweiseste/ mächtigste/ gewünschteste/ köstlichste/ schönste/ weisser dann Milch/ und Schnee/ köstlicher dann Edelgestein/ und Gold/ bist mir lieber dann alle Reichthumb und Ehr der Welt. Was rede ich/ mein Gott/ mein einiges allerhöchstes Gut! was rede ich? ach ich rede was ich kan. Dich liebe ich O Gott auß gantzem Hertzen/ auß gantzer Seel/ auß allen meinen Kräfften.

§. 2.

O daß ich also könte reden wie lobsingende Chör aller Engelen/ wie wolte ich so gern in deinem Lob mich außschütten/ aber weiln ich solches nit kan/ darumb bitte ich dich demütiglich/ du wol-

lest nicht Acht haben allein auff das jenig / so ich rede / sondern auff das / so ich dir zu lieb wünschte zu reden.

O Gott / der du alle Heimblichkeiten erkennest / du weiß ja wol daß du mir nit allein lieber bist / dañ der gantze Erdboden / und alles was darinnen ist; sondern du bist mir auch angenehmer / dann der Himmel / und alles was dariñen ist / ich liebe dich O mein Gott mit grosser Lieb / und gedencke dich noch mehr zu lieben.

§. 3.

O mein allerhöchstes Gut / du erkennest daß offt ein Mensch den andern so hefftig liebet / daß er kaum leyden kan / daß der andere von ihm seye; wann ein Braut mit so grosser Inbrunst deß Gemüths ihrem Bräutigam verhafftet wird / daß sie für grösse der Liebe kein Ruhe haben kan / wann ihr Beliebter nit bey ihr ist: mit was Lieb / mit was Inbrunst / soll mein Seel / welche dir mein allerliebster Herz / und Gott durch den Glauben und viele Güte vermählet ist / dich den allerschönsten Bräutigamb lieben / der du für uns so grosse / und ansehentliche Ding gethan hast? so liebe ich dich über alles auß gantzer Seel / auß gantzem Gemüt / und auß allen meinen Kräfften.

§. 4.

Mildgütigster JEsu ich bitt dich erfülle mein

Hertz

Hertz allezeit mit deiner unaußlöschlichen Liebe/ mit deiner stäten Gedächtnus/ daß ich in deiner Liebe allzeit brenne/ daß ich dich auß dem gantzen Kern meines Hertzens lieben möge: allergnädigster/ freundlich-milder Herr nimb auff das Gebett deines Knechts (deiner Dienerin) umb deiner Güte willen gewehr mich meines Verlangens durch Beystand und Fürbitt der hochgelobten Jungfrauen Mariæ deiner Gebärerin/ meiner Frauen/ sampt aller deiner Heiligen. Amen.

Kräfftig Gebett:

Einen glückseligen Todt zu erlangen.

MIldgütiger Herr/ mein Gott/ ich bitte dich auffs allerdemütigst/ durch die so wunderbarliche/ und allerfürtrefflichste Wircklichkeit der Liebe/ so du in dem Augenblick erzeiget/ in welchem du den Menschen zum besten auß dem Geblüt der allerseeligsten Jungfrauen Mariæ das menschliche Fleisch angenommen/ damit du mir diese Barmhertzigkeit/ so ich von dir begehre/ nemblich einen heiligen Todt verleihest/ und deßwegen auch deiner Gnaden Beystand/ auff daß ich von allen Sünden befreyet/ dergestalt dir diene/ und auß gantzem Hertzen dich liebe. Amen/ Amen/ Amen.

Auß Rom. 1685.

Actus

Actus Fidei in idiomate gallico.

§. 1.

Mon Seigneur & mon Dieu, je croy que vous estes la verité essentielle, & que vous ne pouvez, éstre trompé, parce que vous estes infiniment sage, & que vous ne pouvez tromper, parce que vous estes infiniment Bon & Debonnaire. Je croy fermement & constamment toutes les veritès que vóstre Majesté Diuine a euês la bonté de nous reveler, parce qu'elles procedent de vostre sagesse eternelle.

§. 2.

Je vous remercie de tout mon coeur, ô mõ Dieu, de m'auoir êclairé de la foy Catholique Apostolique & Romaine, & de m'auoir fait participãt de de la Coñunion de votre sainte Eglise, á laquelle vous auez promis vostre secours auec assurance que ses ennemis ne preuaudront iamais contre elle. Je vous prie tres humblement, ô Dieu de verité, de bonté, & de misericorde de conserver, & d'augmenter en moy cette foy, pour laquelle tant de milliers de Martyrs ont repandu leurs sang.

§. 3.

Je vous demande auec instance, ô Pere Eternel, le don de la perseverance finale dans toutes les verités qu'il vous a plû de nous enseigner, afin qu'ayant achevé la carriere, je puisse dire auec 2. Tim. 4. *l'Apostre saint Paul, j'ay bien combattu,*

j'ay

j'ay acheué ma course, j'ay gardé la foy, il ne me reste qu'à attendre la couronne de justice que le Seigneur comme vn juste juge me rendra en ce grand jour de son Aduenement.

Je propose auec vne ferme & constante resolution, ô Dieu eternel Pere, Fils, & saint Esprit de viure & de mourir, moyennant vóstre sainte grace, dans cette mienne profession de foy, vous recommandant ma pauvre ame maintenant, & à l'heure de ma mort. Ainsy soit il.

Actus Spei junctâ remissione offensionum proximi.

§. 1.

O mon ame espere dans le Seigneur, parce qu'il est infiniment Bon, Gracieux, & Misericordieux, & que ses bontés, ses graces, & ses misericordes sont sans bornes. La femme peut Isaie 49.
elle oublier son enfant, en sorte qu'elle n'aie pitié du fruit de ses entrailles? Et si elle l'auoit oublié, toutes fois je ne vous oublieray pas, voicy que je vous ay descris dans mes mains.

§. 2.

Je tourne & j'êleue mes yeux vers vous, ô mon Dieu, infiniment Aimable, infiniment Doux, & infiniment misericordieux. Ie vous contemple, & j'êleue pareillement mes yeux vers vous, ô mõ tres aimable Iesus étendu sur l'arbre de la croix y respãdant par les sacrées playes de vos

mains, de vos pieds, de voſtre coſté, voſtre ſang tres pretieux, dont la moindre goute auroit eſté ſuffiſante, attendu l'excellence de voſtre adorable perſonne, pour effacer tous les pechez du mõde; mais mon tres diuin Sauveur l'amour que vous portiez á vos creatures ne s'eſt pas voulu contenter de peu de choſe, puis que eſtant deſcendu du Ciel vous auez eu la bonté de prendre vn corps au ventre de la Bienheureuſe Vierge Marie par l'operation du ſaint Eſprit, afin de l'immoler enſuitte pour le ſalut des hommes, ou il y a eu vne abondance de pechez, Dieu a reſpandu vne ſurabondance de grace. Vous auez fais miſericorde, ô mon Dieu á vne Magdeleine pechereſſe, á vn David adultere, à vn Apoſtre renegat, & à vn Larron ſur la Croix; pourquoy donc ne metteray point toute ma confiance en vous, afin de pouvoir dire auec le Prophete Roy, Seigneur j'ay eſperé en vous, que ie ne ſois iamais confondu.

Rom. 5.

§. 3.

Mon Adorable Sauveur je demande pardon de tout mon coeur à ceux que j'ay offensé, & je pardonne auſſy de tout mon cœur pour l'amour de vous à ceux qui me veulent du mal, ou qui m'en ont fait, parceque vous auez prié vous meem pour vos perſecuteurs. Pardonnez moy auſſy, ô

Pere

Pere celeſte, en vertu de la promeſſe de vóſtre Fils Bien-aimé, ſi vous pardonnez aux hommes les fautes qu'ils font contre vous, voſtre Pere Celeſte vous pardonnera auſſy les voſtres. Matth. 6.

Actus amoris Dei è S. Auguſtino.

§. 1.

Mon Dieu, mon Seigneur, & mon tout, vous eſtes tres doux, tres bening, tres gracieux, tres aimable, tres puiſſant, tres deſiderable, tres pretieux, tres bien vaillant, tres beau, plus blanc que le laict & la neige, plus pretieux que l'or, & les joyaux les plus exquis, plus eſclatant & plus admirable que le ſoleil, vous m'eſtes plus cher que les richeſſes, & tous les honneurs du monde! Que diſ-je ô mon Dieu, mon vnique & Souverain Bien! Que diſ-je? ah! je parle comme je peux, puis que les paroles me manquent pour enoncer vos grandeurs. Ie vous aime ô mon Dieu de tout mon coeur, de toute mon ame, & de toutes mes forces.

§. 2.

O ſi je pouvois chanter vos loüanges icy-bas, comme les Anges le font dans le Ciel, je m'y employerois volontiers, mais cela eſtant au deſſus de mes forces, che vous ſupplie, ô mon Dieu, de ne point conſiderer mes paroles, mais les voeux & ſouhaits ardens que ie voudrois bien executer pour l'amour de vous.

O mon Dieu qui connoissez mes pensées les plus secretes, vous sçauez que vous m'estes plus cher que tout ce monde terrestre, & que tout ce qu'il contient, vous sçauez aussy que vous m'estes plus cher que le paradis même, & que tout ce qu'il renferme. En vn mot je vous aime mõ Dieu tres ardemment comme vn Souverain Bien en qui tous les autres biens sont renfermez.

§. 3.

O mon Souverain & vnique Bien, vous sçauez que l'homme aime la creature auec vn tel excez, qu'il a peine de s'en éloigner; & que l'espouse, est enflammée d'vn amour si ardent pour son espoux qu'elle n'a aucun repos, s'il ne luy est toujours present; à combien plus forte raison vous aimera mon ame de toutes ses puissances, ô mon Seigneur & mon Dieu, comme son Epoux tres beau & tres charmant, qui luy estez vnis si estroitemẽt & par la foy, & par vos bontés immenses, & qui auez operé pour elle tant de merveilles & en si grand nõbre. Faites que estant penetré de la suauité de vótre amour, je vous aime, ô mon Dieu, par dessus toutes choses, que je conçoiue vne veritable douleur de mes infidelités passées, & que je vous aime enfin auec tout le respect que merite vostre Souveraine Majesté.

§. 4.

Mon tres Doux Jesus je vous supplie de rem-

plir

plir mon coeur de voſtre charité infinie & incõparable, & de la meditation frequente de voſtre ſainte Paſſion, pour que ie puiſſe vous aimer ſans ceſſe de toutes les puiſſances de mon ame. Tres Debonnaire, tres pieux, & tres Adorable Sauveur de nos ames, exaucez s'il vous plait l'humble priere de voſtre ſerviteur (de voſtre ſervante) & faites moy voir l'accompliſſement de mes voeux par les merites & interceſſions de la Bien-heureuſe Vierge Marie voſtre Mere, mon Aduocate, & de tous les Saints. Ainſy ſoit-il.

Oraiſon.

Pour obtenir vne heureuſe mort.

SEigneur mon Dieu je vous prie humblement par cet acte d'amour Souverain & admirable, que vous auez exercé pour l'homme au même inſtant, que vous auez pris chaire humaine au ventre de la Bien-heureuſe Vierge Marie, de me faire miſericorde, & de m'accorder la faueur que je vous demande, á ſçauoir vne ſainte mort, & pour cet effét vn don particulier de voſtre grace, par le ſecours de laquelle je puiſſe vous plaire, vous ſeruir, & vous aimer de tout mon coeur. Amen, Amen, Amen.

Imprimée á Rome l'An. 1685.

ORDO ADMINISTRANDI SACRAMENTUM EXTREMÆ UNCTIONIS,

qui tempore contagionis, aut summæ necessitatis observari potest.

Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea.

BEnedic Domine domum istam, & omnes habitantes in ea, quia tu Domine dixisti : Pax huic domui ; benedic Domine timentes te pusillos cum majoribus: benedicti vos à Domino, quæ fecit cœlum, & terram.

Oremus.

Exaudi nos Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo : per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde præmissâ confessione vel generali, vel speciali, ut suprà, post aspersionem aquæ benedictæ, inungat infirmum modo subsequenti, nisi infirmus in extrema mortis lucta versetur, periculumque sit, ne statim decedat; tunc enim sufficiet, frontem, vel aliud membrum obvium inungere, ut suprà, de suscipientibus hoc Sacramentum.

Ad oculos.

Per istam sanctam ✠ Unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum deliquisti. Amen.

Ad

Ad aures.

Per istam sanctam ✠ Unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per auditum deliquisti. Amen.

Ad nares.

Per istam sanctam ✠ Unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

Ad os labiis compressis.

Per istam sanctam ✠ Unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per gustum, & locutionem deliquisti. Amen.

Ad manus.

Per istam sanctam ✠ Unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per tactum deliquisti. Amen.

Ad pedes.

Per istam sanctam ✠ Unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per gressum deliquisti. Amen.

Parochus micâ panis pollicem defricet, manusque lavet: deinde manu signum crucis super infirmum producens dicat:

In nomine Patris ✠ & Filii, & Spiritûs sancti sit tibi hæc Unctio olei sanctificati ad purificationem

nem mentis, & corporis, & ad omnium absolutionem culparum, ad munimen, & defensionem contra jacula immundorum spirituum, custodiatque te Jesus, & perducat te ad vitam æternam. Amen.

Dominus Jesus Christus apud te sit, ut te defendat, intra te sit, ut te conservet, super te sit, ut te benedicat. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

DE VISITATIONE ET CURA INFIRMORUM.

PArochus in primis meminisse debet, non postremas esse muneris sui partes, ægrotantium curam habere. Quare cum primùm noverit, quempiam ex fidelibus curæ suæ commissis ægrotare, non exspectabit, ut ad eum vocetur, sed ultrò ad illum accedat; idque non semel tantùm, sed sæpiùs, quatenus opus fuerit: horteturque parochiales suos, ut ipsum admoneant, cum aliquem in parochia sua ægrotare contigerit, præcipuè si morbus gravior fuerit.

Quod si Parochus legitimè impeditus, infirmorum, ut quando plures sunt, visitationi interdum vacare non potest; id præstandum curabit per alios Sacerdotes, si quos habet in parochia sua, aut saltem per laicos homines pios, & Christianâ pietate præditos.

Eorum verò præcipuam curam geret, qui humanis auxiliis destituti, benigni, ac providi Pastoris charitatem, & operam requirunt. Quibus si non potest ipse succurrere de suo, & Eleemosynas illis, prout debet, si facultas suppetit, erogare, quantum fieri potest, sive per charitatis, vel alterius nominis confraternitatem, si in ea Civitate vel loco fuerit, sive per privatas sive per publicas collectas

lectas & eleemosynas, illorum necessitatibus succurrendum curabit.

Inprimis autem spiritualem ægrotantium curam suscipiat, omnemque diligentiam in eo ponat, ut in via salutis eos dirigat, atque à diabolicis insidiis salutarium adjumentorum præsidio defendat, ac tueatur.

Accedat autem ad ægrotum ita paratus, ut in promptu habeat argumenta ad persuadendum apta; ac præsertim Sanctorum exempla, quæ plurimùm valent; quibus eum in Domino consoletur, excitet, ac recreet. Horteturque ut omnem spem suam in Deo ponat, peccatorum suorum pœniteat, divinamque misericordiam imploret, & infirmitatis pœnas, tanquam paternam Dei visitationem, patienter ferat, & ad salutem suam proveniſſe credat, ut vitam suam, moresque meliùs instituat.

Deinde quâ par est prudentiâ & charitate hominem ad sacram Confessionem inducat, & confitentem audiat, etiamsi velit totius vitæ peccata confiteri; ac si opus fuerit, tam infirmo, quàm ejus familiaribus vel propinquis in memoriam revocet, quod Lateranensis Concilii, ac plurium summorum Pontificum decretis, cavetur sub gravibus pœnis, ne Medici ultra tertiam vicem ægrotos visitent, nisi priùs ipsis certò constet, illos confessionis Sacramento ritè expiatos fuisse.

Illud præterea diligenter servari curabit, ne quis pro corporali salute aliquid ægroto suadeat, vel adhibeat, quod in detrimentum animæ convertatur.

Ubi verò periculum immineat, Parochus monebit ægrotum, ne Dæmonum astutiâ, neque medicorum pollicitationibus, neque propinquorum, aut amicorum blanditiis se ullo modo decipi sinat; quo minùs ea, quæ ad animæ salutem pertinent, opportunè procuret, & quâ par est devotione & celeritate, sancta Sacramenta, dum sana mens est, integrique sensus, religiosè suscipiat, citra fallacem illam ac pernicioſam procrastinationem, quæ plurimos ad æterna supplicia perduxit, indiesque fallente Diabolo perducit.

Videbit denique sacerdos, quibus potissimùm tentationibus aut pravis opinionibus æger sit subjectus; eique, prout opus fuetit, apta remedia prudenter adhibebit.

Sacras imagines Christi Domini crucifixi, beatæ Mariæ Virginis, & Sancti, quem æger præcipuè veneratur, ob oculos ejus apponi curabit. Vasculum item adsit aquæ benedictæ, quâ frequenter aspergatur.

Proponet etiam ægrotanti, prout ejus conditio feret, aliquas breves orationes, & pias mentis ad Deum excitationes; præsertim versiculos è psalmorum libro, vel orationem Dominicam, & salutationem Angelicam, Symbolum Fidei, vel Passionis Domini nostri meditationem, & Sanctorum martyria & exempla, ac cœlestis gloriæ beatitudinem. Hæc tamen opportunè & discretè suggerantur, ne ægroto molestia, sed levamen afferatur.

Consoletur infirmum, dicens, se pro eo in Missæ sacrificio, & aliis precibus oraturum, curaturumque, ut alii itidem pro eo faciant, idque reipsâ præstabit.

Hortetur denique, ut si convaluerit, ante omnia ad Ecclesiam veniat, ubi Deo gratias agat de restituta valetudine, & sacram communionem piè suscipiat, ac deinceps meliorem vitæ disciplinam teneat. imita illud Joan 5. ecce sanus factus es: jam noli peccare ne deterius quid tibi contingat.

Sacerdos infirmi cubiculum ingressus, primum dicat:

Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Mox infirmum, & cubiculum aspergat aquâ benedictâ, dicens Antiphonam.

Asperges me Domine &c.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster &c.

Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Salvum (salvam) fac servũ tuum (ancillam tuam)

℟. Deus meus sperantem in te.

℣. Mitte

℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere eum (eam)
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
Dominus vobiscum. &c.

Oremus.

Deus, cui èst proprium misereri semper, & parcere: suscipe deprecationem nostram: ut nos, & hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Deus infirmitatis humanæ singulare præsidium, auxilii tui super infirmum famulum tuum (infirmam famulam tuam) ostende virtutem, ut ope misericordiæ tuæ adjutus (adjuta) Ecclesiæ tuæ sanctæ incolumis repræsentari mereatur.

Concede hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) quæsumus Domine Deus, perpetuâ mentis & corporis sanitate gaudere; & gloriosâ beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æternâ perfrui lætitiâ. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde infirmo exhibeat crucem osculandam, oretque cum illo sequentia:

Ich bette dich an/ O mein gecreutzigter JEsu/ und benedeye dich: dann durch dein heilig Creutz hastu meine arme Seel erlöst.

Postea ex formulis suprà positis prælegere poterit actum fidei, spei, aut charitatis, illoque, vel illis actibus absolutis, si ita videatur, discursu quopiam pio animum infirmi erigere ante abitum suum poterit.

Demùm si infirmus id desideret sacerdos imponat dexteram manum super caput infirmi, & dicat:

Super ægros manus imponent, & benè habebunt. Jesus Mariæ filius, mundi salus, & Dominus, meritis, & intercessione Bmæ Virginis sanctorum Apostolorum suorum Petri & Pauli, & omnium Sanctorum, sit tibi clemens, & propitius. Amen.

Dominus vobiscum.

Sequentia S. Evangelii secundùm Matthæum.

Matth. cap. 8.

In illo tempore: cum introisset Jesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & malè torquetur: Et ait illi Jesus: Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio ait: Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic: vade, & vadit; & alii, veni, & venit; & servo meo: fac hoc, & facit. Audiens autem Jesus, miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israël. Dico autem vobis, quod multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in

regno

regno cœlorum: filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Et dixit Jeſus Centurioni: Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora. ℟. Deo gratias.

Poſtea benedicens infirmum ſubjungat, dicens:

Benedictio Dei omnipotentis Patris ✠, & Filii, & Spiritûs ſancti, deſcendat ſuper te, & maneat ſemper. ℟. Amen.

MODUS JUVANDI MORIENTES.

PRimò, ſi ægrotus indulgentiam, legitimâ authoritate conceſſam, conſequi poſſit, eam illi reducat ad mentem, proponatque, quid ad eam conſequendam agi debeat: præſertim, ut contrito corde ſanctiſſimum nomen Jesu ſemel vel ſæpiùs invocet.

Secundò porrigendus eſt cereus accenſus ægroto, & ſequens oratio pro agonizante, ſeu ex perſona ipſius recitabitur, facie ad Chriſtum crucifixum conversâ.

Oratio.

Domine Jeſu Chriſte, qui pro me in agone montis olivarum, ſanguinem ſimul, & aquam largiter deſudans, & in oratione decumbens, cum clamore valido & lacrymis teipſum offerens, exauditus es pro reverentia tua; & pro me exauditus: pietatis tuæ abundantiam ſupplex adoro, & obſecro; ut hanc mihi luctam, tui certaminis merito efficias ſalutarem. Ignoſce peccatis meis, & mitte mihi Angelum confortantem, qui adversùs ſathanicas poteſtates me tueatur, qui Diaboli vires conterat,

terat, qui in hoc agone me corroboret, qui deducat per ignotas, quas ingressurus sum, semitas in viam salutis æternæ.

Ad B. Virginem Mariam.

Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & horâ mortis suscipe.

Ad S. Michaëlem.

Sancte Michaël Archangele, quem Principem Dominus constituit super omnes animas suscipiendas, defende me in hoc prælio, ut non peream in tremendo Dei judicio: sed suscipe me tuendum contra principem tenebrarum; & ex ergastulo carnis egredientem deduc in paradisum exultationis.

Ad reliquos SS. Angelos.

Spiritus cœlorum Angeli beatissimi, assistite, quæso, mihi migranti ex hoc sæculo, & potenter eripite me ab immundorum spirituum insidiis, & animam meam in vestrum consortium assumite: Tu præcipuè Angele bone custos meus.

Ad SS. Patronos.

O glorioſissime Sancte (Sancta N.) N. quem (quam) mihi ut patronum (patronam) in hac vita delegi, etsi non pro dignitate colui; nunc maximè (si unquam aliàs) tuo est mihi opus auxilio; succurre igitur, & in hoc necessitatis meæ articulo, & intende

intende in adjutorium meum: ut apud misericordem Dominum, qui non vult mortem peccatoris, misericordiam possim invenire: & is, qui calcaneo meo insidiatur, nihil in me inveniat, unde figat dentem, & vulnus infligat: sed tuis munitus suffragiis, in misericordia suscipiar, & transeam à morte ad vitam. Amen.

Legantur etiam Litaniæ de omnibus Sanctis, quæ administrationi extremæ Unctionis insertæ sunt supra pag. 72.

Deinde in agone exitûs animæ dicantur sequentes commendationes.

Oratio.

Proficiscere anima Christiana de hoc mundo, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te creavit: in nomine Jesu Christi filii Dei vivi, qui pro te passus est: in nomine Spiritûs sancti, qui in te effusus est: in nomine Angelorum & Archangelorum: in nomine Thronorum, & Dominationum: in nomine Principatuum, & Potestatum: in nomine Cherubim, & Seraphim: in nomine Patriarcharum, & Prophetarum: in nomine sanctorum Apostolorum, & Evangelistarum: in nomine sanctorum Martyrum, & Confessorum: in nomine sanctorum Monachorum, & Eremitarum: in nomine sanctarum Virginum, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei: hodie sit in pace locus tuus, & habitatio

bitatio tua in sancta Sion. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio.

Deus misericors, Deus clemens, Deus qui secundùm multitudinem miserationum tuarum peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas veniâ remissionis evacuas; respice propitius super hunc N. & remissionem omnium peccatorum suorum totâ cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renova in eo piissime Pater, quidquid terrenâ fragilitate corruptum, vel quidquid diabolicâ fraude violatum est: & unitati corporis Ecclesiæ membrum redemptionis annecte. Miserere Domine gemituum, miserere lacrymarum ejus: & non habentem fiduciam, nisi in tua misericordia, ad tuæ Sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio.

inz ponas ex agend: paverb: pag. 4r commendo te omnipotenti Deo &

Suscipe Domine servum tuum in locum sperandæ sibi salvationis à misericordia tua. Amen.

Libera Domine animam servi tui ex omnibus periculis inferni, & de laqueis pœnarum, & ex omnibus tribulationibus. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberâsti Enoch, & Eliam de communi morte mundi. Amen.

Libera

Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti Noë de diluvio. Amen.

Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti Abraham de Vr Chaldæorum. Amen.

Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti Job de paſsionibus ſuis. Amen.

Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti Iſaac de hoſtia, & de manu Patris ſui Abrahæ. Amē.

Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti Loth de Sodomis, & de flamma ignis. Amen.

Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti Moyſen de manu Pharaonis regis Ægyptiorum. Amen.

Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti Danielem de lacu leonum. Amen.

Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis ardentis, & de manu regis iniqui. Amen.

Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti Suſannam de falſo crimine. Amen.

Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti David de manu Regis Saul, & de manu Goliæ. Amen.

Libera Domine animam ſervi tui, ſicut liberaſti Petrum & Paulum de carceribus. Amen.

Et ſicut beatiſsimam Theclam Virginem, &

Martyrem tuam de tribus atrociſsimis tormentis liberaſti, ſic liberare digneris animam hujus ſervi tui, & tecum facias in bonis congaudere cœleſtibus. ℟. Amen.

Oratio.

Commendamus tibi Domine animam famuli tui N. precamúrque te Domine Jeſu Chriſte, Salvator mundi, ut propter quam ad terram miſericorditer deſcendiſti, Patriarcharum tuorum ſinibus inſinuare non renuas. Agnoſce Domine creaturam tuam, non à diis alienis creatam, ſed à te ſolo Deo vivo, & vero: quia non eſt alius Deus præter te, & non eſt ſecundùm opera tua. Lætifica Domine animam ejus in conſpectu tuo, & ne memineris iniquitatum ejus antiquarum, & ebrietatum, quas ſuſcitavit furor, ſive fervor mali deſiderii. Licet enim peccaverit, tamen Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum non negavit, ſed credidit, & zelum Dei in ſe habuit, & Deum, qui fecit omnia, fideliter adoravit.

Oratio.

Delicta juventutis, & ignorantias ejus, quæſumus, ne memineris Domine, ſed ſecundùm magnam miſericordiam tuam memor eſto illius in gloria claritatis tuæ. Aperiantur ei cœli, collætentur illi Angeli. In regnum tuum Domine

ſervum

ſervum tuum ſuſcipe. Suſcipiat eum ſanctus Michaêl Archangelus Dei, qui militiæ cœleſtis meruit principatum. Veniant illi obviam ſancti Angeli Dei, & perducant eum in civitatem cœleſtem Jeruſalem. Suſcipiat eum beatus Petrus Apoſtolus, cui à Deo claves regni cæleſtis traditæ ſunt. Adjuvet eum ſanctus Paulus Apoſtolus, qui dignus fuit eſſe vas electionis. Intercedat pro eo ſanctus Joannes electus Dei Apoſtolus, cui revelata ſunt ſecreta cœleſtia. Orent pro eo omnes ſancti Apoſtoli, quibus à Domino data eſt poteſtas ligandi, atque ſolvendi. Intercedant pro eo omnes Sancti & Electi Dei, qui pro Chriſti nomine tormenta in hoc ſæculo ſuſtinuerunt: ut vinculis carnis exutus, pervenire mereatur ad gloriam regni cœleſtis: præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto: qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. hic addantur ex ag: pad: sic. si anima diutius anxiat, possunt dici psalmi ex completorio et alis subnecti ter orationes pag 49 Kyrie eleyson &c

Egreſſa autem animâ, dicitur hoc Reſponſorium.

℣. Subvenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini: ſuſcipientes animam ejus: Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.

℣. Suſcipiat te Chriſtus, qui vocavit te, & in ſinum Abrahæ Angeli deducant te. Suſcipientes &c.

℣. Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei. Offerentes, &c.

Deinde, Kyrie eleîson. Christe eleîson. Kyrie eleîson. Pater noster, &c.

Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo,

℣. Requiem æternam dona ei Domine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. A porta inferi:

℟. Erue Domine animam ejus.

℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. &c.

Oratio.

Tibi Domine commendamus animam famuli tui N. ut defunctus sæculo tibi vivat: & quæ per fragilitatem humanæ conversationis peccata commisit, tu veniâ misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde corpus de more honestè compositum loco decenti cum lumine collocetur, ac parvâ cruce super pectus inter manus defuncti: at ubi crux deest, manus in modum crucis componantur, interdumque aspergatur aquâ lustrali, & interim donec efferatur qui adsunt, orabunt.

DE EXÈQUIIS.

SAcras cæremonias ac ritus, quibus ex antiquissima traditione, & summorum Pontificum institutis sancta Mater Ecclesia Catholica in filiorum suorum exequiis uti solet, tanquam vera religionis myste-

mysteria, Christianæque pietatis signa, & fidelium mortuorum saluberrima suffragia, Parochi summo studio servare debent, atque usu retinere.

His itaque præstandis, qua par est modestiâ ac devotione ita se habebunt, ut ad defunctorum salutem, simulque ad vivorum pietatem, quemadmodum verè sunt, non ad quæstum ejusmodi ritus sanctè instituti esse videantur.

Nullum corpus sepeliatur, præsertim si mors repentina fuerit, nisi post debitum temporis intervallum, ut nullus omninò de morte relinquatur dubitandi locus.

Quod antiquissimi est instituti, illud, quantum fieri poterit, retineatur, ut Missa præsente corpore defuncti pro eo celebretur, antequam sepulturæ tradatur.

Si quis die festo sit sepeliendus, missa propria pro defunctis præsente corpore celebrari poterit; dum tamen missa summa, & officium divinum non impediatur, magnaque diei celebritas non obstet.

Caveant omninò Parochi, aliique sacerdotes, ne sepulturæ vel exequiarum, seu anniversarii mortuorum officii causâ quidquam paciscantur, aut tanquam pretium exigant: sed iis eleëmosynis contenti sint, quæ aut probatâ consuetudine dari solent, aut Ordinarius constituerit. Neque permittant, ut pallia, aut alia Altaris ornamenta ad ornatum feretri vel tumbæ adhibeantur.

Pauperes verò, quibus mortuis nihil aut ita parùm supereſt, ut propriis impensis humari non possint, gratis omninò sepeliantur; ac debita lumina suis impensis, si opus fuerit, adhibeant sacerdotes ad quos defuncti cura pertinet, ~~vel aliqua pia confraternitas, si fuerit, juxta loci consuetudinem.~~ f. vel à dilectionibus corrogatis

Sepulchra Sacerdotum & Clericorum, cujuscunque Ordinis, ubi fieri potest, à sepulchris laicorum separata sint, ac decentiori loco sita.

Sacerdos, aut cujusvis Ordinis Clericus defunctus ~~vestibus suis quotidianis communibus usque ad talarem vestem inclusivè, tum desuper sacro~~ vestitu sacerdotali vel clericali, quem Ordinis sui ratio deposcit, indui debet. ~~Sacerdos quidem super talarem vestem, amictu, albâ, cingulo, manipulo, stolâ, & casulâ seu planetâ violaceâ sit indutus.~~ 2dū consuetudinem

Nullum porrò cadaver perpetuæ sepulturæ traditum ~~ex ulla cujusvis Ordinis Ecclesia~~ asportari liceat, nisi de licentia Ordinarii. ad alium locū

Corpora defunctorum in Ecclesia ponenda sunt pedibus versis ad altare majus, vel si conduntur in oratoriis aut capellis, ponantur cum pedibus versis ad illarum altaria, quod etiam pro situ & loco in sepulchro observandum est. Presbyteri verò habeant caput versùs altare.

Ceterùm nemo Christianus in communione fidelium defunctus, extra Ecclesiam aut cœmeterium ritè benedictum sepeliri debet: sed si necessitas cogat ex aliquo eventu aliquando ad tempus aliter fieri, curetur, ut quatenus fieri poterit, corpus in locum sacrum quamprimùm transferatur, & interim semper crux capiti illius apponi debet, ad significandum illum in Christo quievisse.

Quibus non licet dare Ecclesiasticam sepulturam.

Ignorare non debet Parochus, qui ab Ecclesiastica sepultura ipso jure sunt excludendi; neque quemquam ad illam contra sacrorum Canonum decreta unquam admittat.

Negatur igitur Ecclesiastica sepultura Paganis, Judæis, & omnibus infidelibus, hæreticis, & eorum fautoribus: apostatis à Christiana fide; schismaticis, & publicis excommunicatis majori excommunicatione; interdictis nominatim, & iis, qui sunt in loco interdicto, eo durante.

Se ipsos occidentibus ob desperationem, vel iracundiam (non tamen si ex insania id accidat) nisi ante mortem dederint signa pœnitentiæ.

Morientibus in duello, etiamsi ante obitum dederint pœnitentiæ signa.

Manifestis & publicis peccatoribus, qui sine pœnitentia perierunt.

Iis, de quibus publicè constat, quod semel in anno non susceperint Sacramenta Confessionis & Communionis in Pascha, & absque ullo signo contritionis obierint.

Infantibus mortuis absque baptismo.

Ubi verò in prædictis casibus dubium occurrerit, Ordinarius consulatur.

Exequiarum Ordo.

Constituto tempore, quo corpus ad Ecclesiam deferendum est, convocentur ii, qui funeri interesse debent, & in domo mortuaria, juxta loci consuetudinem datis certis campanæ signis, conveniant; Parochus indutus superpelliceo, & stolâ nigrâ, vel etiam pluviali

pluviali ejusdem coloris, clericis, vel aliis crucem, & aquam benedictam cum aspersorio præferentibus ex Ecclesia parochiali ad domum defuncti, si verò è pago vel loco filiali distante, ubi cœmeterium non haberetur, cadaver adduceretur, aliquantulùm ad locum convenientem, cadaveri obviam procedit, illudque aquâ benedictâ aspergit dicens psalmum De profundis cum precibus & collecta, prout sequitur. Interim distribuuntur cerei; mox ordinatur processio, præcedentibus laicorum confraternitatibus, si adsint; tum sequitur clerus regularis, & sæcularis per Ordinem binique procedunt, prælatâ cruce, Parocho præcedente feretrum cum luminibus. Inde sequuntur alii funus comitantes, & pro defuncto Deum sub silentio deprecantes.

Cum verò in ea processione versùs cœmeterium aliqui juxta priorem librum Agendorum Trevirensium Psalmos pœnitentiales hactenùs orârint; alii verò ob senium, visûsque defectum, absque perspiciliis majorem lectionis psalmorum, præsertim accedentibus non nunquam pluviæ, nivis, aliisque aêris incommoditatibus, difficultatem experti, & sociis secum legentibus destituti responsorium aliquod pro defunctis ex usu cantârint, & hic usus, utpotè in aliis diœcesibus, prævaluerit: nonnulli tamen, eô quod noster Liber Agendorum pro cantu responsorii notas non habuerit, nec hos, nec illos fuerint imitati, sicque in ritu sepeliendi discrepantia maxima sit animadversa.

Idcirco nunc præcipitur, ut ubique per diœcesin nostram Trevir. in via seu processione versùs cœmeterium cantetur responsorium Libera me Domine, quod Scholares usu facilè addiscunt, sicque ubi alii cantores non habentur, pastorem adjuvare possunt; quodsi via sit longior à versu aut etiam ab initio, prout placuerit, cantus illius responsorii repeti, & per pausas ad cœmeterium usque protrahi poterit.

De profundis &c.

Kyrie eleïson. Christe eleïson. Kyrie eleïson.

Pater noster.

Et ne nos inducas in tentationem.

℣. Sed libera nos à malo.

℟. Do.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Abſolve, quæſumus, Domine animam famuli tui (famulæ tuæ) ut defunctus (defuncta) ſæculo tibi vivat; & quæ per fragilitatem carnis humanâ converſatione commiſit, tu veniâ miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Requieſcat in pace. Amen.

Adverte, quod ſi Sacerdos fuerit defunctus, addatur in collecta: animam famuli tui ſacerdotis &c.



Si prout pluribus in locis conſuetudo, rituali Romano conformis habet, corpus defuncti collocetur intrà templum, ut præſente corpore miſſa pro defuncto celebretur; tunc miſsâ finitâ, aliàs ſtatim, deportatur cadaver ad ſepulchrum, ſacerdos ſepeliens ſiſtit ſe contra crucem ad ſepulchrum, versùs pedes defuncti, retrò aſtantibus ei miniſtris cum thuribulo, naviculâ incenſi, aquâ benedictâ, & aſperſorio, & cantat collectam ſequentem.

Oremus.

Non intres in judicium cum famulo tuo (famula tua) Domine, quia nullus apud te juſtificabitur homo, niſi per te omnium peccatorum ei tribuatur remiſsio. Non ergò eum (eam) quæſumus tua judicialis ſententia premat, quem (quam) tibi vera ſupplicatio fidei Chriſtianæ commendat;

sed gratiâ tuâ illi succurrente mereatur evadere judicium ultionis, qui (quæ) dum viveret, insignitus (insignita) est sig naculo sanctæ Trinitatis, qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Tùm Chorus.

Sub decantatione hujus Responsorii funus imponitur sepulchro.

~~Parochus intonat.~~

Kyrie eleîson. Christe eleîson. Kyrie eleîson.
Pater noster.

Interim

Interim Parochus sepulchrum aspergat aquâ benedictâ, & thurificet.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo,
℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Deus, cui omnia vivunt, & cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius; te supplices exoramus, ut quidquid anima famuli tui (famulæ tuæ) vitiorum tuæ voluntati contrarium fallente Diabolo, & propriâ iniquitate, atque fragilitate contraxit, tu pius, & misericors absolue indulgendo, eamque suscipi jubeas per manus sanctorum Angelorum tuorum deducendam in sinum Patriarcharum tuorum, Abraham, scilicet amici tui, & Isaac electi tui, & Jacob dilecti tui, ubi non est dolor, neque tristitia, neque suspirium, sed ubi fidelium animæ felici jucunditate lætantur, & ut in novissimo magni judicii die inter Sanctos, & Electos tuos eum (eam) facias perpetuæ gloriæ percipere portionem, quam oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quam parasti diligentibus te. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deindè aſpergatur funus aquâ benedictâ, & dicatur:

Rore cæleſti perfundat animam tuam Deus in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti. ℟. Amen.

Et thurificetur dicendo:

Odore cœleſti paſcat animam tuam Deus in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti. ℟. Amen.

Deindè ſacerdos palâ ter projiciat terram ſuper funus dicendo:

De terra plaſmâſti me, & carne veſtîſti me, Redemptor meus reſuſcita me.

Tunc tumulatur corpus, & Chorus cantat ſequens Reſponſorium.



me

me condem na re: Modo &c.

Parochus:

Kyrie eleîſon. Chriſte eleîſon. Kyrie eleîſon.

Pater noſter.

Iterum aſpergit, & thurificat.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Anima ejus in bonis demorabitur.

℟. Et ſemen ejus hæreditabit terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiſcum.

Oremus.

Fac, quæſumus Domine, cum ſervo tuo defuncto (ſerva tua defuncta) miſericordiam, ut factorum ſuorum in pœnis non recipiat vicem, qui (quæ) tuam in votis tenuit voluntatem, ut ſicut hîc eum (eam) vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eum (eam) tua miſeratio ſociet Angelicis choris. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Deinde dicitur Pſalmus:

De profundis clamavi ad te Domine. &c.

Kyrie eleîſon. Chriſte eleîſon. Kyrie eleîſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

 ℟. Sed

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Non intres in judicium cum fideli tuo (tua) Domine.

℟. Quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Abſolve, quæſumus Domine, animam famuli tui (famulæ tuæ) ab omni vinculo delictorum, ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & Electos tuos, reſuſcitatus (reſuſcitata) reſpiret.

Deus, in cujus miſeratione, animæ fidelium requieſcunt, famulis, & famulabus tuis omnibus, hîc & ubique in Chriſto quieſcentibus, da propitius veniam peccatorum, ut, à cunctis reatibus abſoluti, tecum ſine fine lætentur. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui &c.

Hîc ſepulchrum aquâ benedictâ aſpergitur, & thurifi-
catur dicendo:

Rore cœleſti &c. & Odore cœleſti &c. ut ſuprà.

& cantat Sacerdos:

Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Aſpergit populum, & recedit ad Sacriſtiam.

DE

DE EXEQUIIS PARVULORUM.

PArvuli, qui post baptismum ante usum rationis eripiuntur, oratione Ecclesiæ non indigent; quia nihil damnationis est in his, qui sunt in Christo Jesu, & non secundum carnem ambulârunt: & sicut injuriam faceret Martyri, qui pro Martyre oraret; ita innocentiæ baptismali injurius esset, si quis eis salutis requiem precaretur, qui innocentes, immaculati, puri, ac Deo dilecti, effecti sunt cohæredes Christi, ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cæli remoretur. Quia tamen horum corpusculis, tanquam organis, & vasis, sanctus infusus fuit Spiritus; etiam illorum funera officiosâ sunt pietate curanda, in protestationem fidei, resurrectionis, & ad laudem divinæ providentiæ, sub qua & ista regeneratorum corpora requiescere creduntur.

ORDO sepeliendi Parvulos.

CUm igitur infans, vel puer baptizatus, defunctus fuerit ante usum rationis, imponitur ei corona de floribus, seu de herbis aromaticis & odoriferis, in signum integritatis carnis, & virginitatis, & Parochus, superpelliceo & stolâ albâ indutus, præcedente cruce, accedit ad domum defuncti cum ministro aspersorium deferente. Sacerdos aspergit corpus; deinde processio funeralis versùs cœmeterium dirigitur incipiente Parocho sequentem Antiphonam, & mox intonante Psalmum Laudate pueri &c. cum pausis & mora inter versus singulos, & si absolvatur Psalmus, antequam ad cœmeterium pervenerit funus, potest in via repeti, qui in cœmeterio finitur, subjunctâ Antiphonâ: Sit nomen Domini &c.

Psalmus 112.

LAudate pueri Dominum: * laudate nomen Domini.

Sit

Sit nomen Domini benedictum: * ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

A Solis ortu uſque ad occaſum, * laudabile nomen Domini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, * & ſuper cœlos gloria ejus.

Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, * & humilia reſpicit in cælo & in terra.

Suſcitans à terra inopem, * & de ſtercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum Principibus: * cum principibus populi ſui.

Qui habitare facit ſterilem in domo, * matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri &c.

Antiph. Sit nomen Domini benedictum ex hoc

nunc & uſque in ſæculum.

Poſtea dicitur:

Kyrie eleîſon. Chriſte eleîſon. Kyrie eleîſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Me

℣. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti.
℟. Et confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.
℣. Dominus vobiſcum.

Oremus.

Omnipotens, & mitiſsime Deus, qui omnibus parvulis, renatis fonte baptiſmatis, dum migrant à ſæculo, ſine ullis eorum meritis, vitam illicò largiris æternam, ſicut animæ hujus parvuli hodie credimus te feciſſe: fac nos, quæſumus Domine, per interceſſionem Beatæ Mariæ ſemper Virginis & omnium Sanctorum tuorum, hîc purificatis tibi mentibus famulari, & in paradiſo cum beatis parvulis perenniter ſociari. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

Tunc funus imponitur tumulo, aſpergitur, & thurificatur, & cum pala ſuperinjicitur terra à Paſtore dicendo

De terra plaſmaſti me, & carne veſtiſti me, Redemptor meus reſuſcita me.

Dein tumulatur, ſub qua tumulatione Antiphona & ſequens Pſalmus intonantur.

Ju venes & virgines Euouae.

LAudate Dominum de cœlis: * laudate eum in excelſis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: * laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol & luna: * laudate eum omnes stellæ & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum: * & aquæ omnes quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: * præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra: * dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quæ faciunt verbum ejus.

Montes, & omnes colles: * ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestiæ, & universa pecora: * serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: * principes, & omnes judices terræ.

Juvenes & virgines senes cum junioribus laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœlum & terram: * & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus Sanctis ejus: * filiis Israël populo appropinquanti sibi.

Psalmus

Pſalmus 149.

CAntate Domino canticum novum: * laus ejus in Eccleſia Sanctorum.

Lætetur Iſraël in eo, qui fecit eum: * & filii Sion exultent in rege ſuo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano, & pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo: * & exaltabit manſuetos in ſalutem.

Exultabunt Sancti in gloria: * lætabuntur in cubilibus ſuis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: * & gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: * & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conſcriptum: * gloria hæc eſt omnibus Sanctis ejus.

Pſalmus 150.

LAudate Dominum in Sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum ſecundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in ſono tubæ: * laudate eum in pſalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: * laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benè ſonantibus; laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis ſpiritus laudet Dominum.

Gloria Patri &c.

Et repetitur Antiphona.

Antiph. Ju venes & virgines, ſenes cum junio ri-

bus, laudent nomen Domini.

℣. Sinite parvulos venire ad me.
℟. Talium eſt enim regnum cœlorum.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, ſanctæ puritatis amator, qui animam hujus parvuli ad cœlorum regnum hodie miſericorditer vocare dignatus es: digneris etiam Domine, ita nobiſcum miſericorditer agere, ut meritis tuæ ſanctiſsimæ paſsionis, & interceſsione B. Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum in eodem regno nos

nos cum omnibus Sanctis, & Electis tuis semper facias congaudere.

Deus, in cujus miseratione, animæ fidelium requiescunt, famulis, & famulabus tuis omnibus, hîc, & ubique, in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum, ut à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, qui &c.

℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

Aspergitur sepulchrum & circumstantes, & Pastor recedit.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

EPiscopi à Spiritu S. positi sunt regere Ecclesiam Dei, Apostolorum Successores & ministri facti Sacramenti Ordinis, in quorum Pontificalibus, Agendisque fusiùs quidem reperiuntur, quæ ad hoc Sacramentum spectant. Cum tamen Concil. Trident. præcipiat, ut ad minores Ordines promovendi, à Pastore, & à magistro scholæ, in qua educantur, testimonium habeant, in Ecclesia etiam publicè propositis nominibus eorum, qui promoveri ad Ordines volunt, de natalibus, ætate, moribus & vitâ diligenter inquiratur, & literæ testimoniales ipsam inquisitionem continentes ad Episcopum transmittantur, atque hoc ipsum, exceptis Regularibus, de omnibus juxta declarat. sacræ Congregat. Cardin. ad Concil. Trident. sit intelligendum. Idcircò è re visum fuit quædam ad eum finem, & ordinandorum instructionem, his quandoque opportunè à parochis communicanda, Cleri nostri ac publico bono subservientia hîc inserere, in reliquis verò, quæ de materia, forma, ministro, &c. prior Agendorum liber complectebatur, ad Theologorum moralium libros remittere.

Actor. 20.

Sess. 23. de reform. cap. 5.

DE QUALITATIBUS ORDINANDORUM IN GENERE.

§. 1.

De iis, qui primâ tonſurâ & quatuor minoribus ſunt initiandi.

OMnes ad Eccleſiaſticos Ordines aſpirantes ſciant unumquemque à proprio Epiſcopo ſeu origine ſeu beneficii Eccleſiaſtici, ſeu domicilii in ſua diœceſi reſidente, aut pro eo Pontificalia exercente ibidem, ordinari, aut literas dimiſſorias proprii ſui Epiſcopi ad alium obtinere debere etiã pro prima tonſura; aliter ordinatum ab executione Ordinis jure ipſo ſuſpenſum eſſe. Qui non eſt de legitimo matrimonio natus à ſuſceptione primæ tonſuræ rejicitur, niſi propter bonam indolem, vitæ morumque probitatem & integritatem ita commendatus exiſtat, ut cum ipſo diſpenſetur; legitimo autẽ thoro natus ſi ſit ſacri chriſmatis unctione confirmatus, fidei Catholicæ rudimenta edoctus, legendi & ſcribendi, etiam linguæ latinæ peritus, de his requiſitis, ac de vitæ morumque probitate & litteratura à proprio Parocho loci, ubi baptizatus fuit, & notabili tempore degit, teſtimonium habeat, ac teſtetur ſe non judicii ſæcularis fugiendi causâ, ſed ut Deo liberiùs ſerviat, primâ tonſurâ inſigniri velle, eâdẽ initietur. Ad minores Ordines promovendus non ſolùm præditus ſit omnibus qualitatibus ad tonſuram requiſitis, ſit diœceſanus Epiſcopi ordinantis aut dimiſſoriis litteris munitus, linguã latinam intelligat, nec minor ſit duodecim annis, bonũ teſtimonium habeat à parocho, & magiſtro ſcholæ, in qua ſtuduit, de vitæ probitate, doctrinâ, indole, & ingenio, talemque ſe præbeat, ut ſe non commoditatis ſuæ, ſed Dei causâ ad Ordines aſpirare credi poſſit.

§. 2.

De ſub- & diaconandis, ac presbyterandis.

Conſtit. Archi-Ep. 1678. 10. Novemb.

QUi verò ad Ordines majores ſe præſentare voluerint juxta Archi-Epiſcopalem noſtram conſtitutionem, ne perversâ intentione aut temporalis emolumenti aut alimenti causâ potiùs, quàm ut in Eccleſia Dei ſuam aliorumque ſalutem operentur, ad tam ſanctum ſtatum accedant, ſe ſeque Deo obſtringant tam arctâ obligatione, diligenti examine in ſeceſſu apud religioſos homines ſolitariè perpendant,

pendant, num se ad sublime illud vitæ genus, divino nutu vocatos agnoscant, neque enim quisquam sumit honorem (ut ait Apostolus) sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron: Num etiam acceperint à Deo ea, quæ ad ministeria Ecclesiastica requirantur: quos enim vocavit, hos & idoneos fecit ministros novi testamenti. De quibus exercitiis in religiosa aliqua solitudine peractis, coram curiæ Archi-Episcopalis Sigillifero etiam titulos sive beneficiales sive patrimoniales vel pensionum fideliter & maturè exhibeant, non falsos seu fictitios, aliundè à Decanis, Pastoribus aut quibuscunque accommodatos, atque in Ecclesiæ fraudem emendicatos: qui tales accommodârint aut exhibuerint, præter mulctam pecuniariam pro arbitrio infligendam, pœnæ suspensionis sint subjecti. Titulus patrimonii sit in instrumentum coram curiis locorum erectum cum accurata hypothecarum seu bonorum descriptione redactus, valoris ad minimum sexaginta imperialium censûs. Ad hos Ordines assumendi cantum Gregorianum seu choralem calleant, ne muti in choro, aut mutis ob inconcinnitatem cantûs deteriores reperiantur. Et ne domus Dei repleatur ignavis fucis, qui alieno melle deliciari, operæ autem, studii atque laboris nihil in commune bonum conferre volunt, tantque animarum Christi pretioso sanguine redemptarum latrones & homicidæ, qui fuerant admissi, ut essent fideles Pastores. Idcirco inhæremus antecitatæ nostræ, & Prædecessoris nostri CAROLI CASPARI saluberrimè ordinatæ constitutioni, ne ullus ad sacrum Subdiaconatûs Ordinem ante absolutam Philosophiam promoveatur; Ad Diaconatûs verò & Presbyterii, nisi qui ad minimum biennio speculativæ aut morali Theologiæ in Gymnasio quodam sedulò vacaverit, aut saltem de actuali tali studio biennali sub manu Professoris sui sufficientem fecerit notitiam, quod illud ante susceptionem sacerdotii absolvere possit.

§. 3.

De Populi suffragio ad obtinendos à Deo idoneos Ecclesiæ ministros.

JAm indè ab initio nascentis Ecclesiæ ante ordinationes consuetas, preces & jejunia indicta fuisse novimus, in eum finem, ut cum ad utilitatem populi ac totius Ecclesiæ, ordinandorum electio disponatur, fidelis populus toto corde ad Deum convertatur, & impetret, ut Episcopi, eorumque adjutores in examinandis, deligendis, & ordinandis Ecclesiæ ministris, officio suo ritè fungantur, & tales Deus in messem suam mittendos operarios submministret, qui ei secundùm cor suum in omni sanctitate, & justitia, omnibus diebus vitæ suæ in munere suo fideliter ministrent: Idcircò Pastores Verbi Dei prædicatores Dominico die quamlibet ordinationem generalem proximè antecedente populum commonefaciant, ut ad prædictum finem jejunia quatuor temporum antiquissimis temporibus sanctè instituta,

pie

piè obſervent, junctisque precibus ſuffragium ſuum diligenter impendant.

§. 4.

Formula litterarum teſtimonialium à Parocho.

Ego N. Paſtor Eccleſiæ S. N. oppidi aut pagi N. hujus diœceſis Trevirenſis, denuntiavi in Eccleſia mea inter miſſarum ſolennia, ſeu durante divino officio N. ex parochia mea, qui ad ordinem N. promoveri cupit, & poſtulat, & de natalibus, de vita & moribus ipſius certior fieri curavi, eumque idoneum eſſe exiſtimo, quantùm ex cognitis intelligere potui, qui ad prædictum Ordinem admittatur, fidémque facio, illum ſæpiùs infra annum ſacram confeſsionem, & communionem frequentare ſolitum eſſe. &c. In quorum fidem hoc teſtimonium meâ manu ſubſcripſi, & ſigillo Eccleſiæ meæ munivi. Datum &c.

Si verò aliquod impedimentum obeſſe videat, illud Epiſcopo ordinaturo ſignificet.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

Et primò de ſponſalibus futuri conjugii.

§. 1.

Sponſalium Obligatio.

Quotidiana docet experientia, matrimonia temerè, & præproperè contracta infinitas parere difficultates, & infelices ſæpè exitus ſortiri, idcircò rectè ordinatum eſt, ut ſponſalia (quæ futuri matrimonii promiſſionem, & reciprocam utriusque obli-

obligationem continent) præmittantur. Quæ quamvis per copulam carnalem, ut olim, non transeant in matrimonium, certum tamen est, ea sive publicè, sive privatim absque præsentia parochi & testium, contracta valida esse, nec sine peccato deficientibus causis in jure expressis posse violari; quod Pastores, Concionatores, & Confessarii, suis auditoribus sæpiùs explicare, & seriò inculcare non intermittant, ne, quod multi leviter spondent, faciliùs retractent, & sic plurimorum indè emergentium malorum auctores existant.

§. 2.

Sponsalia ubi, & an consciis parentibus contrahenda?

UT sponsalia majore cum deliberatione & judicio celebrentur, monendum, ne in cauponis & tabernis contrahantur, curetque parochus, ut parentum consensus accedat: si justis ex causis parentes consensum denegent, non temerè procedat, sed liberos moneat, ne invitis ipsis & insciis, vel tutoribus, & amicis sponsalia ineant. Admoneant pariter parentes, tutores vel amicos, ne austeritate nimiâ liberorum, vel sibi commissorum connubia tardiùs æquo differant: ut incontinentiæ, vel fugæ, vel inconsultæ rei aggrediendæ pœnitendam non præbeant occasionem: hortetur similiter parentes, ne invitas proles ad matrimonium adigant, infelicissimos siquidem coacta matrimonia producunt effectus, & ut de plena libertate contrahere volentium constet, eandem coram Pastore declarent.

§. 3.

Sponsi examinandi, & instruendi.

PRiusquam sponsalia contrahantur, Pastor inquirat, an desponsandi noverint fidei rudimenta, an sint confirmati, an ullius sibi conscii sint impedimenti canonici? quod si rudimenta fidei ignorare deprehendat, antequam matrimonio conjungat, faciat ut orationem Dominicam, salutationem Angelicam, symbolum Apostolorum, præcepta Decalogi, & Ecclesiæ addiscant. Instruet etiam, quâ religione, & fide matrimonium inire debeant; biduo, aut pridie ante solennizationem seu copulationem peccata confiteantur, & Sacramentum Eucharistiæ piè accedant: intra quadraginta dies ad matrimonii solennizationem procedant; interim ab omni carnali commercio plurimùm caveant. Juxta Concil. Trident. ante sub eodem tecto non habitent, aliàs eos ad benedictionē matrimonii non admittendos, nisi ab invicem recesserint, & dignè pro scandalo Ecclesiæ dato satisfecerint. Cavebit autem parochus, ne desponsandi contrahant verbis præsentis temporis, sed futuri, iisdemque claris & perspicuis.

§. 4.

Praxis contrahendi ſponſalia.

PArochus rogatus ut ſponſalibus aſſiſtat (ſive in domo paſtorali comparentibus ibidem ſponſis, eorumque parentibus, conſanguineis aut amicis quibusdam, ut expenſis aliàs in refectionem amicorum eorum faciendis parcatur; ſive in domo parentum, tutorum aut conſanguineorum) prævie obſervatis, quæ §. ſuperioribus adnotata habentur, germanicè vel gallicè pro loci iſtius idiomate, interroget primò à ſponſo:

N. Habt ihr einig Gelübdt der Keuſchheit gethan? Oder ſonſt einer andern Frauen oder Jungfrauen/ als dieſer N. ſo allhier gegenwärtig iſt/ die Ehe verſprochen? oder ſeyd ihr zu dieſer Verſprechung gezwungen?

N. *Avés vous fait voeu de continence? Ou donné la foy de mariage à quelque autre femme, ou fille, qui à* N. *icy preſente? Ou avés vous eſté forcés à ce faire?*

Idem poſtea quærat à ſponſa.

Dein à ſponſo quærat ſequentia.

N. Ihr verheiſſet bey der Treu/ die ihr Gott ſchüldig ſeyt/ dieſe gegenwärtige N. zur nechſter gebürlicher Zeit für euer eheliches Gemahl anzunehmen/ und/ dafern es GOtt und unſer H. Catholiſche Kirch zuläſſet/ dafern nemlich keine Hindernus gefunden wird / zur Kirchen zu führen/ und alsdann mit ihr verehelichet zu werden?

N. *Vous promettês par la foy, que vous devés*

vés à Dieu, que vous prendrés N. pour femme épouse, si Dieu & la Sainte Egliſe Catholique le permettent & y conſentent?

Idem proponat, & interroget ſponſam:
Et ſi uterque annuat: parochus illorum promiſſionem confirmat dicens:

Et ego hæc ſponſalia, ſeu hanc veſtram promiſſionem mutuam, authoritate, quâ fungor, confirmo, in nomine Patris, & Filii ✠, & Spiritûs ſancti. Amen.

Celebratis ſponſalibus fiant denuntiationes in Eccleſia præſcriptæ.

§ 5.

De denuntiationibus ſeu proclamationibus matrimonialibus.

Antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium parocho tribus feſtivis diebus continuis in Eccleſia inter miſſarum ſolennia, vel ſaltem eo tempore, quo populus frequens convenit, publicè denuntietur, inter quos matrimonium ſit contrahendum, ut ſi quis noverit aliquod conſanguinitatis, affinitatis, cognationis ſpiritualis, vel quodvis aliud impedimentum canonicum inter eos eſſe, illud quamprimùm denuntiet: has autem denuntiationes parochus non aggrediatur, niſi priùs de utriusque conſenſu libero ſibi conſtet: Quodſi canonicum aliquod impedimentum opponatur, parochus non progredietur ulteriùs, ſed totum negotium ad officialem ſeu judicem Archi-Epiſcopalis curiæ, cujus eſt de impedimentis hujuſmodi cognoſcere, remittet.

Cum etiam exactis viſitationum, & aliàs ſæpè propoſitum ſeu quæſitum fuiſſe noverimus: Si ſponſa aut ſponſus, in aliqua parochia diu fuiſſet commoratus, poſtea tamen & non ita pridem domicilium tranſtuliſſet ad parochiam aliam, in qua parochia ſit proclamandus? Atque ad hoc quæſitum è Concil. Treviren. Provinc. ſub Balduino Archi-Epiſc. fel. mem. noſtro Prædeceſſore, Anno 1310. habito cap. 81.

sit responsum, tunc præcipuè *si noviter domicilium transtulerit &c.* in utraque parochia proclamandum esse. Visum hîc nobis fuit, ad ulteriorem quæstionem aut differentiam tollendam, illa formalia (*si noviter transtulerit*) declarare : videlicet *noviter* ita intelligendum esse, si infra *sex menses* de parochia relicta transmigrârint. In quo casu ille qui posteriorem parochiam, quamvis novissimè, inhabitare cœpit, dimissorialibus à priore parocho ad matrimonium contrahendum, non indiget, sed solùm testimonium non obstantis impedimenti adferet. Parochus enim à quo talis sponsus cum animo alibi, saltem per annum, aut anni majorem partem habitandi recessit, jurisdictionem pastoralem in eum ultrà non habet : siquidem ad illa verba Concilii Trident. *ter à proprio contrahentium parocho &c.* Sac. Congregatio Cardinal. interpretum responderit : proprium contrahentium parochum illum esse, in cujus parochia contrahentes habitant, quo tempore matrimonium contrahunt ; idcircò necessarium non est ut denuntiationes fiant in parochia in qua diutissimè habitavit sponsus, imò nec aliquando convenit: cum enim aliqui antiquas parochias diu deseruerunt, non censentur amplius, qui ibi sunt pastores, horum contrahentium parochi, nec quantùm ad Sacramentum Pœnitentiæ aut Eucharistiæ, nec quantùm ad matrimonium, aut alia Sacramenta, igitur nec quò ad denuntiationes, & nonnunquam ibidem notitia eorum interiit. Prudens tamen parochus in casu transmigrationis non novissimæ sed antiquæ, si consideratis ejusmodi sponsi aut sponsæ ætate aut aliis circumstantiis, de impedimento aliquo dubitet, exiget testimonium à parocho illius loci à quo hic conjungendus non noviter recessit. Atque ex his dictis patet quid dicendum de famulis & ancillis, quæ modò in uno loco habitant per unum annum aut alterum, modò in altero loco per simile spatium, & sic frequenter mutant, pro quibus aliqui putârunt denuntiationes faciendas esse in loco originis, sed id non est necessarium, possunt enim fieri in loco in quo contrahunt, si ibi fixerint domicilium, & maximè si per majorem anni partem commorati sunt, & animo illic commorandi venerint, sicut enim quantùm ad communionem paschalem sunt illius parochiæ, in qua jam degunt, ita &

quantùm

quantùm ad matrimonium & denuntiationes. Si tamen sint minùs noti, oportet, ut pastor diligentiam adhibeat, ut testimonia adferant de loco, in quo diutiùs morati sunt: vel in quo magis possunt esse noti.

Dicit etiam Tridentinum Concilium *tribus continuis diebus festivis*, quod Augustinus Barbosa Congregationis Consultor in Collectaneis suis super Trident. ad sess. 24. cap. 1. de reformat. n. 18. asserit intelligendum de festis, quæ sibi non succedunt immediatè, allegando Aloys. Riccium in aurea sua praxi eccleſiast. rerum p. 1. resolut. 235. aliósque DD. datâ ratione, ut per dierum intervalla, denuntiationibus deferendis detur mora: aliàs si tribus diebus paschalibus fierent proclamationes trinæ, intentum aut effectus denuntiationum præcipitantiâ præpediretur. Prout ejusmodi dierum vel saltem unius intervallum statuit Synod. Colon. 1662.

Formula proclamandi sponsos.

Sponsalia contraxerunt honestus adolescens Petrus, honesti Joannis Steinman civis in hac urbe filius legitimus: cum virtuosa virgine Catharina, honesti Jacobi Zimmerman incolæ in pago N. filia legitima, qui sponsi in præsenti congregatione denunciantur; ut si quis canonicum impedimentum noverit, quod eorum matrimonio obstet, illud loco competente denuntiet.

Si Viduus proclametur, ejusdem patris nomen non additur: si vidua proclametur, dicitur mariti defuncti nomen, addendo quod sit ejusdem vidua.

DE IMPEDIMENTIS MATRIMONII.

§. 1.

Dirimentia impedimenta.

EA vocantur, quæ non tantùm illicitum faciunt matrimonium, sed & invalidum, quæ quamvis Parochus è Theologia morali, &

Doctoribus scire deberet: Cum tamen in hac materia Parochus, nisi sit benè instructus ac valdè circumspectus, facilè errare possit: idcircò pro majore salubri, ac necessaria cautela visum fuit è re, de impedimentis instructionem adjicere, continentur autem sequentibus versiculis.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultûs disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Ætas, affines, si clandestinus, & impos.
Raptáve sit mulier, nec parti reddita tutæ.
Hæc socianda vetant connubia, facta retractant.

Error personæ, si putans se contrahere cum Berta contrahat cum Titia, quia error circa substantiam sive objectum substantiale vitiat omnem contractum: persona autem determinatè cognita contrahenti esse solet primum & substantiale objectum contractûs matrimonialis: ergò error circa personam vitiat contractum; Error qualitatis personæ (excipe servitutem) non irritat matrimonium, ut si putetur esse nobilis, virgo, dives &c.

Conditio servitutis ignoratæ: ut si homo liber contrahat ignoranter cum serva. Notandum tamen non esse propriè servos, qui sunt coloni originarii & adscriptitii, de quibus mentio est in cap. 2. de Judæis, qui adeò dominis terræ obligati sunt, ut recedere illis non liceat, nisi remissione gratis factâ, aut pretio remissionis persoluto.

Votum, solenne Religionis aut Castitatis (& ex constitutione Gregorii XIII. Pap. in Bulla ascendente domino; vota simplicia in Societate JESU.)

Cognatio, *naturalis, legalis, spiritualis.* *Prima* est vinculum personarum ab eodem stipite proximo descendentium, dirimitque usque ad quartum gradum inclusivè. *Secunda seu legalis* est, propinquitas personæ ex adoptione perfecta, quâ scilicet persona extranea assumitur in filium vel nepotem, & hæc dirimit matrimonium inter adoptantem & adoptatum, ejusque descendentes usque ad quartum gradum. Notandum autem quod non sit adoptatus, qui ex misericordia tanquam filius alimentatur: debent enim intervenire solennitates juris. *Tertia seu spiritualis* cognatio jure ecclesiastico oritur inter perso-

personas aliquas ratione Baptismi & Confirmationis, dirimitque inter baptizantem & baptizatum & hujus Patrem & Matrem, item inter susceptorem & susceptum & hujus Patrem & Matrem. Si patrinus sui loco procuratorem mittat & hic levet. Respondit S. Congregatio Cardinalium: Principalem contrahere cognationem. Si extra casum necessitatis aliquis proprium filium baptizaret, jus petendi debitum conjugale amittit: secus est si id faciat in casu necesitatis, quando videlicet alius non adesset, qui baptizare posset.

Crimen, adulterii cum machinatione mortis alterius conjugis; seu adulterii cum fide data de contrahendo matrimonio post conjugis mortem; seu contractus matrimonii de præsenti cum adultera, vivente altero conjuge innocente.

Cultûs disparitas, scilicet fidelis cum infideli. Matrimonium tamen Catholici cum hæretico validum, sed mortaliter illicitum est. Enimverò experti sumus, ex matrimonio hominis Catholici cum hæretico, tam multa sequi solita incommoda spiritualia, tum ipsi conjugi Catholico, tum liberis, tum Reipub. Christianæ, ut plerumque legi charitatis &c. repugnet. Illud apud omnes in confesso est, si matrimonio Catholici cum hæretica pactum adjiciatur, ut liberorum aliqui, puta masculi patrem fidelem: feminæ verò matrem hæreticam sequantur, impium & irritum esse, quandoquidem ad utrumque pertinet cura liberos suos omnes in vera fide ac religione educandi. Experientia ~~etiam~~ docuit, quod quamvis pacta ineant, quod omnes proles Catholicè educari, & conjugi Catholicæ libertas omnis in religione sua permanendi, ac præcepta Ecclesiæ Catholicæ observandi, permitti debeat, pacta tamen ejusmodi quocunque robore firmata, non adimpleri; idcircò nullus Pastor ejusmodi matrimoniis assistat, nisi à nobis aut nostro Vicario Generali, ~~aut Officiali~~ facultatem specialem in scriptis desuper obtinuerit, taliterque contrahere volentes eò pro facultate remittet.

Fat verò cũ

Vis, scilicet metus cadens in constantem virum, vel ex parte mulieris metus, qui cadat in constantem mulierem, v. g. detrimenti gravis corporalis, nisi consentiat in matrimonium. Talis autem metus non est ille, qui dicitur reverentialis, quando liberi ob reverentiam parentum non sunt ausi contradicere.

Ordo, videlicet unus ex majoribus, in tali ordine contrahens ipso facto excommunicationem incurrit, fitque irregularis, ita ut nec in ordinibus susceptis ministrare, nec ad altiores ascendere possit: in qua irregularitate tamen, post peractam pœnitentiam, dispensare potest Episcopus.

Ligamen, quo quis ligatus est uxori, etiam ante consummationem matrimonii rati, post quod secundum matrimonium contractum est irri-

Matt. 19. irritum. Constatque ex Evangelio ubi Christus dicit adulterium committi, si quis unâ uxore dimissâ, aliam ducit. Si alter Conjux dicatur mortuus in remotis locis, etiam post quanticunque temporis absentiam non permittitur conjux ad secundas nuptias transire, nisi certam probationem, cui in judicio fides adhiberi possit, adferat; super cujus probationis cognitione an sufficiens sit vel non, parochus aget circumspectè, si ad judicem Ecclesiasticum remittat.

Trident. sess. 24. de reform. c. 3. **Honestas,** id est conjunctio animorum, quæ oritur ex sponsalibus, ut non solùm stantibus, sed etiam dissolutis sponsalibus, cum sponsæ consanguineis intra primum gradum nullam aliam ducere possit. Si verò sponsalia quacunque de causa valida non fuerint, nullum ex ejusmodi sponsaliis invalidis oritur impedimentum.

Ætas legitima in masculo 14. annorum expletorum, in fœmina 12. annorum, ita ut si contrahatur ante, non sit judicandum matrimonium, sed sponsalia juris interpretatione, nisi essent proximi pubertati, & malitia suppleret ætatem.

Affinis, dicitur ex eo, quod duæ cognationes, quæ diversæ sunt inter se per nuptias copulentur, & altera ad alterius fines accedat: si sit ex copula maritali, dirimit usque ad quartum gradum: ex copula fornicaria autem usque ad secundum gradum inclusivè; nimirum si antecedat matrimonium: nam si superveniat, ut si Titius cognoscat uxoris suæ cognatam in secundo gradu, non dirimit, licet is qui peccavit non possit petere debitum, sed tantùm reddere.

Gradus affinitatis seu lineæ accipiuntur sicut in consanguinitate, ita ut qui est uxoris consanguineus in primo gradu sive rectæ, sive transversalis, is sit affinis marito in eodem gradu lineæ rectæ vel transversæ.

Ut autem Pastores faciliori modo cognoscere possint consanguinitatis & affinitatis gradus, eos adiecto schemate & regulis subservientibus ob oculos ponimus.


ARBOR CONSANGVINITATIS
IV Abauus Abauia.
IV Proatus Proamita
III Proauus Proauia.
IV Proauunculus Promatertera
IV Horum Filius filia
III Patruus Mag: Amita Mag:
II Auus Auia.
III Auunculus Mag: Matertera Mag:
IV Horum filius filia
IV Horum Nepos Neptis
III Propior Sobrinus Propior Sobrina
II Patruus Amita.
I Pater Mater.
II Auunculus Matertera
III Propior Sobrinus Propior Sobrina
IV Horum Nepos Neptis
IV Horum Pronepos Proneptis
III Horum filius filia
II Horum filius filia
I Frater
I Soror
II Horum filius filia
III Horum filius filia
IV Horum Pronepos Proneptis
IV Horum Nepos Neptis
III Horum Nepos Neptis
II Fratris filius filia
II Sororis filius filia
III Horum Nepos Neptis
IV Horum Nepos Neptis
I Filius Filia.
IV Horum Pronepos Proneptis
III Frat: Nepos Neptis.
III Sororis Nepos Neptis
IV Horum Pronepos Proneptis
II Nepos Neptis
IV Frater Pronepos Proneptis
IV Soror Pronepos Proneptis
III Pronepos Proneptis
IV Abnepos Abneptis
In cella vacua se fingit positum, qui de sua cum altero cognatione quærit.


Affinitatis Gradus
Vxor fratris olim Relicta
Frater
Primus Gradus
Soror
Vir Sororis olim Relictus
Vxor Filij Fratris
Fratris Filius
II Gradus
Sororis Filia
Vir filiæ Sororis
Vxor Nepotis Fratris
Fratris Nepos
III Gradus
Sororis Neptis
Vir Neptis Sororis
Vxor proneptis Fratris
Fratris pronepos
IIII Gradus
Sororis proneptis
Vir proneptis Sororis


lineæ cognationis Spiritualis
Baptizatus et Baptizata
PATERNITAS SPIRITVALIS
PATERNITAS SPIRITVALIS
Baptizans cum sua Vxore cognita
COMPA=
TERNITAS
Genitores Baptizati vel Baptizatæ
Tenentes cum Suis Vxoribus cognitis

§. 2.

Regulæ pro schematis adjecti explicatione, seu ex eo facienda directione.

P*Rima Regula*, in linea recta seu ascendentium seu descendentium, tot sunt gradus quot sunt personæ, unâ demptâ: sive alio modo: Tot sunt gradus quot sunt generationes usque ad illam personam de cujus cognatione quæritur. v. g. si quæratur quoto gradu sit nepos avo conjunctus? Dico avus, filius, nepos, sunt tres personæ, unâ demptâ, manent duæ, ergò duo sunt gradus.

Secunda Regula, in linea collaterali æquali * toto gradu consanguinei distant inter se, quoto quisque eorum à communi stipite: sic duorum fratrum filii sunt sibi in secundo gradu conjuncti, quia avus est eorum communis stipes, respectu avi autem uterque est nepos, & sic in secundo gradu.

* toto: id est. eben so viel.

Tertia Regula, in linea Collaterali inæquali remotior trahit ad se viciniorem: id est, quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distant inter se.

C*landestinus*, quia Concil. Trident. irritat matrimonia eorum, qui contrahunt aliter quàm coram Parocho, vel alio sacerdote de ipsius, vel Ordinarii licentiâ, & duobus minimùm testibus, vultque graviter puniri eos qui contra Concilii decretum, contraxerint, vel etiam interfuerint: quis autem sit contrahentium Parochus dictum est suprà in §. de Denuntiationibus paulò post initium pag. 131.

Trident. sess. 24. c. 1. de reform.

Vagabundi non sunt conjungendi, nisi præmissâ diligenti inquisitione de eorum conditione, & re ad ordinarium delatâ atque ab eodem, id faciendi, impetratâ licentiâ.

Trident. sess. 24. c. 7 de reform.

Cùm autem antedicta clandestinitas, videlicet si absque contrahentium parochi & duorum testium præsentia matrimonium contrahatur, dirimat matrimonium, seu illud invalidum ac nullum reddat ex jure Concilii Tridentini, idcircò quæstio illa quàm Theologi morales dum de hac materia tractant, silentio pertranseunt, Parochis perutilis, hìc inseritur.

§. 3.

In quibus locis Concilium Trident. sit receptum?

QUæstio hæc non est eò intelligenda, quasi ab acceptatione populi, legum Ecclesiæ valor dependeat, qui est error Politicorum: cum potestas spiritualis à solo Deo immediatè concessa sit summo Pontifici, commissaque Ecclesiæ, nec in laicos cadere valeat juxtà præsentem Dei ordinationem, secùs ac potestas temporalis, quæ à populo in Principes translata est: sed quod benignissima Mater Ecclesia de totius Christianitatis consilio edita, atque à cunctis Oratoribus & Patribus præsentibus subscripta, suaviter insinuare voluerit, non ægrè latura, si quæ particularis Ecclesia, Natio vel Provincia ob particulares ac rationabiles antiquos mores suos, vel etiam publica de causa, pro moderatione quapiam aut remissione, apud S. Sedem Apostolicam esset instatura: ut patet, quod ob publicum Ecclesiarum bonum inclitæ Nationi Germanicæ, prærogativæ ac dispensationes sint indultæ. His præmonitis ad quæstionem, Respondetur.

Treviris Anno 1569. 19. mensis Aprilis, quæ erat tertia dies à solenniſſima Consecratione E.mi & R.mi Archi-Episcopi Jacobi ab Eltz piiss. mem. Concilii Tridentini, fidei Catholicæ conservatoria, Ecclesiasticæ & Monasticæ vitæ, & clandestini matrimonii reformatoria decreta, sunt publicata & recepta.

Tom. 2. annal. Trev. pag. 405.

In Moguntina diœcesi Anno 1662. in omnibus parochiis receptio de cathedris publicata, valvis Ecclesiarum affixa, & protocollis judicialibus inserta est.

In Colonienſi diœceſi, eodem anno 1662. die 20. Martii in synodo diœcesana, cum ante non esset in omnibus ad diœcesin pertinentibus locis Tridentinum Concilium de reformat. matrimonii clandestini publicatum & receptum, E.mi & R.mi Archi-Præsulis Maximiliani Henrici communi decreto promulgatum & acceptatum fuit.

In

In Germaniæ ulterioribus locis, videlicet in provinciis hæreditariis sereniſſimæ domûs Auſtriacæ: in diœceſibus Argentinenſi, Auguſtana, Bambergenſi, Herbipolenſi, Leodienſi, Oſnabrugenſi, Salisburgenſi, Spirenſi, Wormatienſi &c.

In Gallia Anno 1615. in generali Conventu Gallicani Cleri, regnante Ludov. XIII. communi decreto receptum eſt.

In Hiſpaniæ, Bohemiæ, Hungariæ, Luſitaniæ, Poloniæ, Siciliæ regnis, in Belgio: apud Italos & Venetos &c.

Hinc attentis formalibus decreti Trident. ſuprà ad explicationem verbi *Clandeſtinus &c.* allegatis, judicari facilè poteſt, quod eorum matrimonia nulla ſint, qui ſine dimiſſoriis, aut licentiâ parochi, coram alio, qui paſtorali jurisdictione in contrahentes eſt deſtitutus, vel etiam coram ſuo parocho abſque teſtibus contrahere præſumunt. Irritum etiam Sac. Congregatio Card. interpretum anno 1627. die 14. Auguſti, ad expoſitionem Archi-Epiſcopi Colonienſis, declaravit, matrimonium incolarum tam maſculorum quàm fœminarum loci, in quo Concilium Trident. in puncto matrimonii eſt promulgatum, ſi retinendo domicilium idem, transeuntes per locum in quo Concilium Trid. non eſt promulgatum, ſine parocho & teſtibus contraxerunt. Quos clandeſtinitatis caſus in matrimonio, ſi Paſtor extra forum internum, repererit, Ordinario ſuo ad pœnam in decreto Concilii ſtatutam denuntiabit, urgebitque ad matrimonii nulliter contracti ac irriti revalidationem; ſi verò in foro interno ſeu confeſſionali ſede intelligat, atque à confitente conſulatur, vel ſi viderit matrimonium ob defectum conſenſûs alterius conjugum eſſe nullum, circumſpectè ac prudenter faciet revalidari: Aut ſi obſtet impedimentum, ſuper quo diſpenſatio ſit impetranda, eam ſecretò pro ejuſmodi foro requiret, obtentâque docebit renovari conſenſum verbis aut ſigno externo, omni curâ ſollicitus, ne in caſu quo conjux nullitatis ignarus, eam intelligens, fortè revalidationem fugiat, libertatemque ſuam cum ſcandalo & incommodis gravibus amplectatur.

Impos, videlicet ſi coire nequeat, quod impedimentum adverſatur matrimonii naturæ, in quo traditur mutua corporum poteſtas ad generationem & copulam carnalem, quam poteſtatem impotens tradere nequit. Eſt autem impotentia vel ab intrinſeco, ſeu vitio naturæ, & vocatur frigiditas in maſculo: vel ab extrinſeco, operâ hominis vel diaboli. Ulterior eſt impotentia in viris quando ſunt eunuchi, quorum matrimonia, ſi ſint ex utraque parte ſpadones, ſpeciali conſtitutione nulla & irrita declaravit Sixtus V. Anno 1587. Impotentia autem ut dirimat matrimonium, debet eſſe antecedens matrimonii contractum, & perpetua; daturque ad experiundum à jure tempus triennii.

Raptus, per quem perſona cum violentia abducitur, libidinis exer-

cendæ, vel matrimonii ineundi causâ; Durat autem hoc impedimentum ſecundùm Trident. Concil. quamdiu rapta eſt in poteſtate raptoris, etiamſi liberè conſentiat. Unde ſi perſona reſtituatur libertati, duci poteſt.

§. 4.

Impedientia impedimenta matrimonii.

EA vocantur quod cum iis non fiat licitè contractus matrimonii: factus tamen non invalidetur; ſunt autem præter peccatum mortale, & excommunicationem, potiſſimùm ſex ejuſmodi & reddunt matrimonium mortaliter illicitum; ſcilicet.

Eccleſiæ vetitum, nec non tempus feriarum;
Atque catechiſmus, crimen, ſponſalia, votum;
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Vetitum primò dicitur, id eſt prohibitio Eccleſiæ, quæ fit ab Epiſcopo vel Parocho, ob dubium impedimenti alicujus vel inhabilitatis inter copulandos.

Tempus feriarum quod incipit ab adventu Domini uſque ad Epiphaniam incluſivè; & à die Cinerum uſque ad octavam Paſchæ incluſivè: quibus tamen temporibus non prohibetur contractus aut conſummatio matrimonii, minùs denuntiationes, ſed tantùm ſolennitas nuptiarum, v. g. benedictio, deductio ſponſæ ſolennis ad domum ſponſi, convivia nuptialia &c.

Catechiſmus, quod impedimentum contrahitur ab eo qui reſpondet pro infante, quando ſupplentur cæremoniæ poſt baptiſmum collatum in neceſſitate. Sed videtur hoc impedimentum jam ſublatum.

Crimen, ut primò inceſtus cum conſanguinea conjugis in primo vel ſecundo gradu, ſcienter admiſſus (qui impedit matrimonium cum quacunque alia perſona) vel cum propria matre aut filia; 2. raptus alienæ perſonæ. 3. uxoricidium. 3. presbytericidium. 5. ſuſceptio propriæ prolis ex baptiſmo, ad impediendum debiti conjugalis redditionem. 6 publica pœnitentia, quamdiu durat. 7. matrimonium cum Moniali. Verùm per non uſum ſunt hæc ſublata.

Spon-

Sponsalia, si cum una contracta, & non sunt dissoluta.

Votum, scilicet simplex, sive castitatis, sive religionis, sive non nubendi.

Dictum est suprà quod potissimùm sint sex impedientia, quia sunt adhuc aliqua, nimirum omissio benedictionis saltem in primo matrimonio. Omissio proclamationum, nisi Ordinarius dispenset.

Formula testimonialium non obstantis impedimenti Canonici: ac dimissorialium literarum.

N. Pastor (vel sacerdos curatus) Ecclesiæ parochialis N. diœcesis Trevirensis, venerabili Domino Pastori vel sacerdoti curato Ecclesiæ parochialis N. diœcesis N. salutem in Domino.

Notum sit dilectioni tuæ, & omnibus præsentes literas testimoniales visuris, quod tribus proclamationibus ex more Ecclesiæ Catholicæ, in nostro parochiali templo tribus festivis diebus factis, de matrimonio ineundo, inter honestos NN. (ponatur sponsi nomen, parentum, cognomen & patria) nostrum parochianum, & NN. parochianâm vestram, nemo se opposuerit, vel ullo modo contradixerit; quare non existimamus ullum canonici impedimenti obstaculum existere, de quo nobis constet, quin legitimè possit dictus noster parochianus, cum vestra parochiana in facie Ecclesiæ contrahere, quem eum in finem per præsentes dimittimus. Quod omnibus quorum interest, certum esse volumus sub attestatione sigilli consueti. Datæ N. die N. mensis N. Anno N.

RITUS CELEBRANDI MATRIMONII SACRAMENTUM.

PArochus matrimonium celebraturus, publicationibus factis ~~tribus diebus festivis, ut dictum est~~, si nullum obstet legitimum impedimentum, in Ecclesia superpelliceo & albâ stolâ indutus, adhibito ministro, qui vas aquæ benedictæ cum aspersorio deferat, coram testibus, ad virum, & mulierem, quos parentum vel propinquorum suorum præsentiâ cohonestari decet, exhortationem legat sequentem,

tem, juxta idioma regionis, germanicè, vel gallicè, ut omnes audire possint.

Dieweiln ihr zwey der Meynung hier erscheinet/ den H. Ehestandt/ zwischen euch beyden vorbewilligt/ durch den Segen der heyligen Kirchen/ und mit öffentlicher Zeugnuß dieser euer lieben Freund und Mit-Christen zu bestätten/ damit ihr diesen heyligen Standt mit mehrerm Trost annehmen/ und in gebürlicher Ehr halten möget: solt ihr wissen/ daß der Ehestandt nicht ein geringe Cæremonia, oder schlechter Gebrauch von Menschen eingesetzt/ sonder der heyligen Sacramenten eins ist/ durch die der Allmächtig GOtt/ zum Heyl seiner Glaubigen/ den reichen Schatz seiner Gnaden miltiglich und in viele Weeg außtheilt. Dann ja GOtt den Ehestandt im Paradeiß selbst eingesetzt/ und mit sondern Gnaden befestigt hat/ daß er nicht durch die Erb-Sünd verwüstet/ und durch die Straff der Sünd-Fluß nicht vertilget worden ist.

Und als dieser Standt folgender Zeit bey Juden und Heyden in Mißbrauch gerathen war/ hat Christus GOttes Sohn/ unser Heyland/ den Ehestandt von altem Mißbrauch reynigen/ und in seine vörige rechte und gebürliche Ordnung wieder einbringen/ und under menschlichem Geschlecht/

schlecht/ und bey seinen Christen biß ins End erhalten wöllen: und derwegen er selbst/ sampt seiner werthen Mutter/ und lieben Jüngern/ die Hochzeit in Cana Galilææ mit seiner Begenwärtigkeit und erstem Wunderzeichen verehret. Wie auch der Apostel den Ehestand ehrlich rühmet/ und den Eheleuthen die Seligkeit zusagt/ wo sie im Glauben und Heiligung bleiben.

Daher dann alle Christen diese Gottes Einsatzung nicht gering/ sonder hoch und heilig achten und halten sollen/ und auß Gottes Wort vernehmen/ daß Gott den Ehestandt fürnemlich umb diese Ursachen eingesetzt hatt:

Erstlich/ daß der Ehestand eine ehrliche Beywohnung/ und beste und vollkommneste Vereinigung eines Manns und Weibs seyn solt/ auff daß die Mehrung und Erhaltung menschlichen Beschlechts auff Erden/ und die Kinderzucht in gewissen Zielen behalten werde/ damit Gottsförchtige Eheleuth in einer rechtmässigen Beywohnung Kinder gewinnen/ und dieselbe in Gottesforcht mit gemeinem Fleiß auffziehen/ und also nicht allein ihren zeitlichen Gütern gewisse Erben/ sondern auch unserm Gott wolabgerichtete Gottsförchtige Diener und Christen nach ihnen auff Erden verlassen möchten.

Zum

Zum andern/ daß sonst verbottene Buberey/ Schand und Unzucht vermeydet/ und die Blödigkeit der Natur/ durch die Behülff der Ehe für Sünden erhalten würde.

Zum dritten und fürnemblich hat Gott von Anfang/ in Erschaffung deren Menschen/ den Ehestandt eingesetzt/ daß er/ in Verpflichtung deß Manns und Weibs/ ein groß Sacrament/ und eygentlich Zeichen geben wolt/ der wunderbarlichsten und allergnadenreichsten Vereinigung/ so Christus mit seiner Kirchen annemmen/ und der hefftigsten Liebe/ die er an seiner Kirchen erweisen würde.

Darauß dann Eheleuthe sich der Weiß und Maß ihres Ehestandts gründlich und richtig erinnern mögen. Dann gleich wie Christus nur eine Kirch und Christenheit auff Erden hat/ die er mit seinem Blut erkaufft/ und sie noch täglich durch seine Gnad und kräfftige Sacramenta erhaltet und seiner erlösung geniessen läst: also soll ein jeder Ehemann an einem seinem Eheweib/ und ein jedes Eheweib an einem seinem Ehemann/ sich begnügen lassen/ alle seine Liebe/ Treue/ und mögliche Wolthaten an den einigen seinen lieben Ehegemahl wenden/ und in diese Lieb keinen dritten einlassen/ und seine Ehetreu an keinem andern verbrechen.

Und

Und wie die Vereinigung zwischen Christo und der Kirchen ewig und unaufflößlich ist: also werden die Eheleut/in krafft dieses Sacraments/ mit unverbrüchlicher Ehepflicht zusamen verknüpfft/ davon sie umb keine Ursach anders/ dann durch deß einigen Todts/ ledig werden mögen.

Weil dann je Christliche Eheleut/in ihrer Verbündnuß/ein Vorbild/und Gleichnuß Christi/uñ der Kirchen tragen/ so soll ein Christlicher Ehemann von Hertzen/mit Lust und Freuden geneigt seyn/ seiner vertrauten Ehefrauen getreulich fürzustehen/ sie zuernehren/ und gegen ihr alle Liebe/und Treu zu erzeygen/damit er Christo gleich seyn möge/der auch seine Kirchen geliebt/und sich selbst für sie geben hat/ auff daß er sie mit seinem Blut heyligen und seligen möchte. Und ein Christlich Eheweib soll mit Lust und von Hertzen ihren Ehemann lieben/ehren/ und ihm gehorsam seyn/ damit sie der Kirchen gleich sey/ die auch Christum/ihren Bräutigam/liebet und ehret/und ihm underthänig ist.

Wo nun ihr beyde diesen heyligen und von Gott verordneten Ehestandt/in Gottesforcht/und mit Andacht zu vollführen bedacht seyt/ sollt ihr nicht zweifflen/ der warhafftig allmächtig Gott werde mit seiner Gnaden zu euch setzen/ und euch bey

seiner Einsetzung / mit Verleyhung gnugsamer Leibs-Nahrung/auch andern nötigem Vorrath/ erhalten/ uñ euer beyder hertzen/durch sein Gnad/ leythen und ziehen/daß ihr gegen einander stetige Lieb und Treu üben / euer ehelich Beth rein behalten/auch wider allerley Trübsal/ so hie auff Erden zufallen möchten / euch mit gemeiner Hülff tröſten/ und ein friedliche eheliche Beywohnung/ biß ins End hinauß führen/ und das ewige Leben erreichen möget.

Daneben ihr bey Gott umb Gnade ansuchen/ und euch befleissen solt/daß ihr euch diesen/ohn ihm selbst heyligen Standt/durch zuviel Sorge überzeitliche Nahrung und Weltgeschäfften/oder auch durch unmässige Seuche der Gelüsten/ nicht vielleicht zur Hindernüß an der Seeligkeit werden lasset/ sondern euer Beywohnung in Gottesforcht und Zucht haltet : damit ihr an euerem Gebett / Andacht und Gottesdiensten (so Christen zu Gottes Ehr/und zum Heyl ihrer Seelen fleissig üben solten) nicht verhindert werdet : sondern alle zeit euers Lebens in Gottes Gnaden und Hulden bleiben / und auß seiner Erbarmnüß endliche ewige Freud und Seligkeit erlangen möget : die uns Gott allen verleyhen wölle/ durch Christum JEsum unsern HErrn/ Amen.

Sequi-

Sequitur eadem exhortatio ad sponsos, gallicè.

COmme vous estes tous deux icy assemblez, pour que apres vne meure deliberation, & vn mutuel consentement vous contractiez le mariage, le confirmiez, & receviez en suite la benediction de l'Eglise en ma presence,, & en celle des assistans pris pour témoins ; Il importe beaucoup, afin que vous puissiez embrasser avec tranquillité d'esprit cet estat, & le conserver dans la saintetè & la religion qu'il demande, de vous âvertir que le mariage n'est pas vne simple ceremonie instituée des hommes, mais vn des Sacremens, par lesquels nostre bon Dieu Tout-puissant ouvre pour le salut des fidels le thresor de ses graces, & les leurs communique gratuitement & diversement ; car Dieu méme a institué le mariage dans le paradis, & la confirmé par vne grace toute particuliere, crainte qu'il ne fust souillé par le peché originel, ou tout-à fait exterminé par le deluge universel.

Or comme dans la suite du temps l'on a remarqué que les Juifs & les Gentils avoient remplis cet estat de plusieurs abus & profa-

nations, nostre Sauveur Jesus Christ a reformé ces abus dans le mariage, l'a rétablit dans sa premiere perfection, & a ordonné qu'il fust gardé & conservé dans icelle par les hommes & notamment par ses fidels jusques à la fin des siecles. Il l'a pour cet effét honoré de sa presence, de celle de sa tres sainte Mere, & de ses Disciples dans les nopces de Cana en Galilée, où il fit son premier miracle. Enfin l'Apostre S. Paul parle du mariage avec eloge, lors qu'il asseure que les personnes mariées se sauveront, si elles demeurent constantes dans la foy, dans la charité, dans la saintetè, & dans vne vie bien reglée. Cest pour quoy il faut que chaque fidel fasse grande estime de l'institution divine du mariage, & tienne pour certain que Dieu l'a institué principalement pour les raisons suivantes.

La premiere est, afin que le mary & la femme entretinssent vne sainte alliance jointe à vne conversation honeste & chrestienne, afin qu'ils élevassent les enfans, qui leurs naistront, dans la vraye foy, dans la crainte, & dans l'amour de Dieu, & afin qu'ils se soulagassent l'vn l'autre pour supporter les incommoditez de cette vie, & pour contribuer à l'édification de l'

Eglise

Egliſe par la generation legitime des enfans, & par le ſoin de leurs procurer la regeneration ſpirituelle & vne education chriſtienne, plutoſt qu'à ſe mettre beaucous en peine de les laiſſer heritiers des biens temporels & periſſables de cette vie.

La deuxieme raiſon eſt, afin de chercher dans le mariage vn remede contre les deſirs de la chair qui ſe revolte contre l'eſprit, depuis la perte de la juſtice, dans laquelle le premier homme avoit eſté creé.

La troiſieme & principale raiſon eſt, que Dieu ayant creé Adam & Eve il inſtituaſt le mariage, afin de nous repreſenter par l'étroite alliance, qui eſt entre le mary & la femme, le grand Sacrament, c'eſt à dire, le ſigne ſacré de la ſainte & myſterieuſe alliance que Jeſus-Chriſt contracteroit vn jour avec ſon Egliſe, & de l'extreme charité qu'il auroit pour elle.

Ce qui a eſté dit cy deſſus pourra ſervir de regle aux perſonnes mariées. Car comme Jeſus-Chriſt n'a qu'vne ſeule Egliſe en terre, & n'en peut eſtre ſeparé; de même le mary ne peut avoir qu'vne ſeule femme, & leur vnion eſt indiſſolubile: Et comme Jeſus-Chriſt

a tant d'amour pour son Eglise, qu'il a donné sa vie & son sang pour elle, la conserve incessamment par sa grace & par la vertu efficace des Sacremens, & luy communique enfin le fruit de sa redemption; de même le mary doit aimer sa femme & les enfans qui viennent de leur mariage d'vne amitié si sainte & si parfaite, qu'il soit prest d'exposer sa vie pour conserver celle de leurs corps, & encore plus celle de leurs ames. Enfin le propre effet de ce Sacrement est d'vnir de telle sorte le mary & la femme par le lien d'vne mutuelle charité, qu'ils soient pleinement satisfaits dans l'amour qu'ils ont l'vn pour l'autre, sans rechercher à se satisfaire avec d'autre par vn amour & par vne vnion illicite. Dou il est aisé de remarquer que le lien du mariage ne peut se rompre que par la mort de l'vne des parties.

Comme donc le mariage des Chrestiens represente l'vnion de Jesus-Christ avec son Eglise, il faut que le mary comme chef traitte sa femme avec honneur & avec douceur, qu'il ait soin de luy procurer ce qui est necessaire à la vie, de l'aimer d'vn amour semblable à celuy dont nostre Seigneur Jesus-Christ aime

son

son Eglise pour laquelle il s'est livré luy méme à la mort afin de la sanctifier dans son sang. Et il faut que la femme comme sujette & inferieure se Souvienne qu'il ne luy est pas permis, selon Dieu d'aimer ny d'estimer personne plus que son mary, & qu'elle est obligée de luy obeïr avec toute la soumission & toute la joye possible dans tout ce qui n'est point contraire à la pieté Chrestienne, afin de suivre l'exemple, & d'imiter la conduite que tient l'Eglise à l'egard de Jesus-Christ son Espoux.

Que si vous avez tous deux pris la resolution de vous engager dans le mariage, de le consommer, & de vivre dans ce saint estat avec la crainte de Dieu, vne grande pureté de coeur, & vne solide devotion, vous ne pouvez douter que le bon Dieu, qui est infiniment veritable & fidel, ne vous accorde les graces qu'il a promises en instituant le mariage à ceux qui s'y engageront, afin qu'ils en pûssent faire vn vsage Chrestien, dont l'observation consiste à se garder l'vn à l'autre la fidelité conjugale, à supporter en esprit de charité les infirmitez, les defauts, & les mauvaises humeurs l'vn de l'autre, à se consoler mutuel-

mutuellement dans les miſeres & afflictions de cette vie, à s'encourager dans les vertus, & les exercices de la religion Chreſtienne, à s'entr'aider par leurs prieres, & par des remonſtrances douces & charitables, à s'occuper, & à travailler ſelon ſa condition, tant pour eviter l'oiſiveté, qui eſt la ſource presque de tous les vices, que pour gagner ſa vie & celle de ſa famille s'il eſt neceſſaire; & ſi Dieu donne des enfans, à les éleuer dans ſa crainte; & enfin à s'acquitter de tous les devoirs de pere & de mere de famille.

Or comme il eſt conſtant, que l'on n'obtient de Dieu les graces, dont on a beſoin, que par des ſaintes prieres, il faut que vous luy en offriez le plus ſouvent qu'il vous ſera poſſible, afin que vous ne vous écartiez, à l'occaſion de ſaint eſtat du mariage, de la voye du ſalut par vn trop grand ſoin, & attachement dereglé aux choſes de la terre, ou par des convoitiſes illicites & inſatiables. Demandez auſſy à Dieu qu'il luy plaiſe de prevenir toutes vos actions par ſon eſprit, & de les conduire en ſuite par vne aſſiſtance continuelle de ſa grace, afin que voſtre mariage ſoit

comblé

comblé de ſes plus ſaintes benedictions, que voſtre demeure ſoit paiſible & tranquille, que vous viuiez (comme il appartient à vn bon & veritable Chreſtien) dans ſa crainte, dans ſon amour, & dans ſon ſervice, & que apres avoir enfin paſſé ſaintement, & achevé heureuſement la courſe de cette vie, vous puiſſiez obtenir de ſa miſericorde le repos & la felicité eternelle, laquelle il veüille nous accorder à tous par les merites de noſtre Seigneur Jeſus-Chriſt, par les interceſſions de la Bien-heureuſe Vierge Marie ſa ſainte Mere, & de ſaint Joſeph ſon Eſpoux. Amen.

Deinde de conſenſu in matrimonium interroget utrumque ſigillatim in hunc modum ſermone vulgari, juxta idioma loci, aut ſponſorum linguam.

Johannes (oder N.) iſt es euer freyer / ungedrungener Will / und wolbedachte Meynung dieſe N. gegenwärtig / nach Gottes Ordnung und Auffſetzung / vor euer ehelich Weib und Ehegemahl anzunehmen?

Reſpondet Sponſus. Ja Herr.

Interrogatio Sponſi gallica.

Jean (ou N.) voulez vous par paroles de preſent prendre en mariage, & pour voſtre le-

gitime eſpouse Anne (ou N.) *ſelon l'ordonnance de Dieu.*

Sponſus reſpondet. *Ouy Monſieur.*

Mox Sacerdos ſponſam interrogat.

Anna (oder N.) ich frag euch auch an ſtatt des Allmächtigen Gottes/ iſt es nun dergleichen euer gründliche und wohlbedachte Meynung/ Ernſt und Gemüth/ mit dieſem (N.) ehelich zu werden/ und ihn für eueren ehelichen Mann anzunehmen?

Sponſa reſpondet. Ja Herr.

Interrogatio ſponſæ gallica.

Anna (ou N.) *je vous demande au nom de Dieu, ſi vous voulez auſſy de propos deliberé & de franche volonté prendre en mariage, & pour voſtre legitime eſpoux Jean (ou* N.) *icy preſent ſelon l'ordonnance de Dieu.*

Sponſa reſpondet. *Ouy Monſieur.*

Audito Sponſæ conſenſu, Parochus benedicit annulum.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℣. Dominus vobiſcum.

Oremus.

Benedic ✠ Domine annulum hunc, quem nos

nos in tuo nomine bene ✠ dicimus, ut quæ cum eos
gestaverint fidelitatem sponso servans in pace &
voluntate tua permaneat, atque in charitate mu-
tua vivat. Per Christum Dominum nostrum.
Amen.

Deinde Parochus aspergat annulum aquâ benedictâ, & sponsus ac-
ceptum annulum de manu Parochi imponit sponsæ digito ma-
nus sinistræ, dicens: et vicissim sponsa digito sponsi

Anna (oder N.) mit diesem Ring vertraue und vermähle ich euch mir/ im Nahmen Gottes Vatters/ deß Sohns/ und deß H. Geistes.

Anna (ou N.) de cet anneau, & gage je vous espouse & marie au nom du Pere, & du Fils, & du saint Esprit. Ainsi soit-il.

Postea Parochus jungat utriusque dexteras, sponsumque jubeat dicere:

Anna (oder N.) ich nehme euch zu meinem ehelichen Weib.

Anna (ou N.) je vous prens pour ma femme, & pour mon espouse.

Deinde jubeat sponsam dicere:

Johannes (oder N.) ich nehme euch zu meinem ehelichen Mann.

Jean (ou N.) je vous prens pour mon mary, & pour mon espoux.

Deinde dexteris sponsorum adhuc conjunctis, pastor stolæ de collo suo dependentis partem unam circumvolvit dicens:

Et ego matrimonium per vos contractum con-

firmo, et ratifico & ~~benedico~~ in nomine Patris, & Filii ✠ & Spiritûs ſancti. Amen.

vid. agend Paderb

~~Easque manus aſpergit aquâ benedictâ.~~ Si Nuptiæ ſint benedicendæ, videlicet ſi ſponſa fuerit virgo, non curando ſi ſponſus ſit bigamus, Parochus versâ facie ad ſponſos coram eo interim flectentes, dicit ſequentem Pſalmum, Collectas, & Evangelium.

Pſalmus 127.

BEati omnes qui timent Dominum: qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Uxor tua ſicut vitis abundans: in lateribus domûs tuæ.

Filii tui ſicut novellæ Olivarum: in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem ſuper Iſraël.

Gloria Patri &c.

Sicut erat in principio &c.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Pater noſter &c.

℣. Et ne nos inducas &c.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Manda

℣. Manda Deus virtuti tuæ.
℟. Confirma hoc quod operatus es in eis.
℣. Salvum fac ſervum tuum, & ancillam tuam.
℟. Deus meus ſperantes in te.
℣. Mitte eis auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob, benedic ✠ adoleſcentes iſtos, & ſemina ſemen vitæ æternæ in mentibus eorum, ut quidquid pro utilitate didicerunt, hoc facere cupiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oremus.

Benedic ✠ & reſpice de cœlis ſuper hanc conjunctionem, ut ſicut miſiſti ſanctum Angelum tuum Raphaëlem pacificum ad Tobiam & Saram filiam Raguelis: ita digneris Domine, mittere benedictionem tuam ſuper hos adoleſcentes, ut in tua benedictione permaneant, in tua voluntate perſiſtant, & in tuo amore vivant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oremus.

Omnipotens sempiternus Deus, qui primos parentes nostros, Adam & Evam, suâ virtute creavit, & in societate sancta copulavit, ipse corda & corpora vestra sanctificet & bene ✠ dicat, atque in societate & amore veræ dilectionis conjungat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Impleat vos Christus benedictione spirituali, in remissionem peccatorum, ut habeatis vitam æternam, & vivatis in sæcula sæculorum. Amen.

Et benedictio Dei Patris & Filii ✠ & Spiritûs sancti descendat super vos & maneat semper. Amen. Si postea parochus legat Evangelium S. Joannis In principio erat Verbum. et Deus Copulatis libro exorcizandum dicens, ambulate in pace.

Deinde sequentem dicat Orationem.

Dominus Deus omnipotens benedicat vos, ipse vos conjungat, impleatque benedictionem suam in vobis, ut videatis filios filiorum vestrorum usque in tertiam & quartam generationem & progeniem, & ad optatam perveniatis senectutem. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Benedicat vos omnipotens Deus oris sui eloquio, & cor vestrum sinceri amoris copulet nexu perpetuo. Amen.

Floreatis rerum præsentium copiis, fructificetis decenter in filiis, gaudeatis perenniter cum fidelibus amicis.

Ipse

Ipse qui unum trinumque possidet nomen, & gloriatur Deus, benedicat vos in sæcula sæculorum. Amen.

Quod vobis præstare dignetur, cui est honor & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Postea Parochus legat Evangelium S. Joannis.

In principio erat Verbum & Verbum erat &c. Ioann. 1. cap.

supra pag. 29.

Finito Evangelio det utrique sponso osculandum librum, seu imaginem piam hic insertam: & aspergens aquâ benedictâ sponsos dicit:

Ambulate in pace.

Si autem ambo sint Bigami, vel saltem sponsa non fuerit Virgo notoriè, non curando de sponso, tunc post Psalmum Beati omnes &c. Kyrie el. Pater noster. Versus & Respons. omnia reliqua omittantur & sequens tantùm dicatur Oratio.

Oremus.

Prætende quæsumus Domine fidelibus tuis dexteram cœlestis auxilii, ut te toto corde perquirant: & quæ dignè postulant, assequantur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Habeat parochus librum, in quo conjugum & testium nomina, diemque & locum contracti matrimonii scribat, quem diligenter apud se custodiat: & peractâ matrimonii celebratione, manu propriâ, inscriptionem faciat.

Missa pro sponsis seu neoconjugibus dici debet, ut habetur in Missali pro sponso & sponsa. Si verò eodem die officium fuerit de Festo vel Dominica, solùm commemoratio seu collecta fit pro sponsis.

Cùm etiam in priore libro Agendorum pastoralium fuerit præscriptum, ut sponsus & sponsa à suis amicis ad templum ante sacrum dedu-

deducerentur, illudque à principio usq; ad finem audirent, ac tempore offertorii eodem ordine quo ad templum perveniſſent, circumeundo altare, offerrent. Volumus ut eidem præſcripto quidem inſiſtatur, & circa hoc ſponſi ante diem nuptiarum præmoneantur.

Si verò moram facerent, parochus (ut paſſim hodiè practicatur) miſſam inchoabit, ut deductio ſponſorum ad templum promoveatur, actumque copulationis & benedictionis ſponſorum poſt finem ſacri præſtabit.

Formula teſtimonialium matrimonii contracti.

N.N. Paſtor Eccleſiæ parochialis N. diœceſ. Trevir. haſce lecturis in Domino ſalutem. Notum ſit ſerie præſentium, quod Anno Chriſti milleſimo, ſexcenteſimo, octuageſimo ..... die Menſis N. in prædictæ Eccleſiæ Parochialis facie, coram populo frequente, ac teſtibus N.N. & N. N. civibus in N. honeſtus adoleſcens N. honeſti viri N. civis in N. filius legitimus: cum virtuoſa virg. N.N. honeſti viri N. civis in N. filia legitima, nullo, de quo conſtet, canonico impedimento reperto, ritu Eccleſiæ Catholicæ ſolenni, magno matrimonii Sacramento ſint initiati. Quorum matrimonium Deus ter opt. max. fœcundet. In quorum fidem haſce ſigillo parochialis meæ Eccleſiæ ac ſubſcriptione meâ munitas dedi N. die ... Menſis N. Anno M. DC. ....

DE BENEDICTIONIBUS.

Regulæ Generales.

NOverit ſacerdos, quarum rerum benedictiones ad ipſum, & quæ ad Epiſcopum, jure pertineant; ne majoris dignitatis munera

nera temerè aut imperitè unquam usurpet propriâ authoritate.

In omni benedictione extra Missam, sacerdos saltem superpelliceo & stolâ, pro ratione temporis utatur; nisi aliter in missali notetur.

Stando semper benedicat, & aperto capite, in principio cujusque benedictionis dicat:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Deinde dicatur oratio propria, una vel plures prout loco suo notatum fuerit.

Postea rem aspergat aquâ benedictâ: ubi notatum fuerit, pariter incenset nihil dicendo.

Cum sacerdos aliquid benedicturus est, habeat ministrum cum vase aquæ benedictæ, & aspergillo & cum hoc rituali libro seu missali.

Caveat, ne benedictionis causâ ponat aliquid indecens super Altare, veluti esculenta: sed quod ejusmodi est, ponatur super mensam commodo loco paratam.

BENEDICTIO AQUÆ LUSTRALIS ET SALIS.

OMnibus diebus Dominicis (excepto tempore Paschali & Pentecostali, quibus de fonte baptismi, ante impositionem chrismatis, tantum aquæ sumitur, ut aspersioni consuetæ sufficiat) sacerdos salem & aquam benedicit secundùm Ecclesiæ antiquam & universalem consuetudinem, acceptoque aspersorio genuflectit ante altare & aspergit altare in medio, in cornu Evangelii & Epistolæ (sed si Venerabile patenter sit expositum non aspergitur altare multò minus Augustiss. Sacramentum) deinde se, adhuc genuflectens; tertiò ministros singulos: quartò Clerum; quintò, populum & Ecclesiam circumeundo, si transeat ossuarium ibidem consistens orat Psalmum De profundis, cũ Pater, & Ave, & Collecta generali

pro animabus ibidem quiescentibus; permittitur etiam ab omnibus eâ uti volentibus pro ægris, ædibus, pabulis, cibis &c. juxta Concilium Nanetense aliquid aquæ deportari domum.

SEQUITUR EXORCISMUS SALIS.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

Exorcizo te creatura salis per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum; per Deum qui te per Helisæum Prophetam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquæ: ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium: & sis omnibus te sumentibus sanitas animæ & corporis: & effugiat atque discedat à loco in quo aspersum fueris omnis phantasia & nequitia vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundus adjuratus per eum qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oremus.

Immensam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus: ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare tuâ pietate digneris: ut sit omnibus sumentibus, salus mentis, & corporis, & quicquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditiâ, omnique impugnatione spiritalis nequitiæ: Per Dominum nostrum &c.

Sequi-

Sequitur Exorcismus aquæ.

Exorcizo te creatura aquæ in nomine ✠ Dei Patris omnipotentis, & in nomine ✠ Jesu Christi filii ejus Domini nostri, & in virtute sancti ✠ Spiritûs: ut fias aqua exorcizata, ad effugandam omnem potestatem inimici: & ipsum inimicum eradicare & explantare valeas, cum angelis suis apostaticis per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi: qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oremus.

Deus qui ad salutem humani generis, maxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius invocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene ✠ dictionis infunde: ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abigendos dæmones morbosque pellendos divinæ gratiæ sumat effectum, ut quidquid in domibus vel locis fidelium hæc unda respersérit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidiæ latentis inimici: &, si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti; aspersione hujus aquæ effugiat: ut salubritas per

invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum &c.

Hic mittat sal in aquam per modum crucis dicendo:

Commistio salis & aquæ pariter fiat, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritûs ✠ sancti, Amen.

Deinde dicat Sacerdos:

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus invictæ virtutis auctor, & insuperabilis Imperii Rex ac semper magnificus triumphator: qui adversæ Dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis sævitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas: te Domine trementes & supplices deprecamur, ac petimus: ut hanc creaturam salis & aquæ dignanter aspicias: benignus illustres: pietatis tuæ rore sanctifices: ut ubicunque fuerit aspersa, per invocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritûs abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur: & præsentia sancti Spiritûs, nobis misericordiam tuam poscentibus, ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum &c.

Tunc fiat à celebraturo aspersio, & cantetur sequens Antiphona:

In

In Feſtis, ſolenniter.

Dominicaliter.





bor Lavabis me & ſuper nivem de albabor.



Verſ. Miſerere mei Deus ſecundùm magnam

miſeri cor diam tuam. Gloria Patri & Filio

& Spiritui ſancto, Sicut erat in principio &

nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum Amen.

Lavabis.

Canitur prædicto modo in Dominicis, exceptâ Dominicâ Paſſionis, in qua non dicitur Gloria Patri: ſed poſt Pſalmum Miſerere, repetitur Aſperges me. A Dominica Paſchæ uſque ad Pentecoſten cantatur ſequens Antiphona:

Vi di a quam egre di entem de tem plo

In octava Pentecoſtes reſumitur Aſperges me. Finitis Antiphonis ſupradicto modo, ſacerdos qui aſpergit aquam, ante gradus altaris ſtans canit:

℣. Domine apud te eſt fons vitæ.
℟. Et in nomine tuo videbimus lumen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Oremus.

Præſta quæſumus Domine per hanc aſperſionem aquæ, ſanitatem mentis, integritatem corporis, tutelam ſalutis, ſecuritatem ſpei, corroborationem fidei, hìc & in æterna ſæcula ſæculorum. Amen.

In tempore Paſchali.

℣. In reſurrectione tua Chriſte alleluja.
℟. Cœli & terra lætentur alleluja.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Concede quæſumus omnipotens Deus, ut qui feſta paſchalia egimus, cœleſtibus deſideriis accenſi, fontem vitæ ſitiamus Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

In ipſo die & octava Pentecoſtes.

℣. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur, alleluja.
℟. Et renovabis faciem terræ; alleluja.

Oremus.

Concede quæſumus omnipotens Deus, ut qui ſolennitatem doni ſancti Spiritûs colimus: cœleſtibus deſideriis accenſi, fontem vitæ ſitiamus Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Sub proceſſione ſeu circuitu templi, vel quando preces ante oſſua-

ossuarium suprascriptæ fuerunt dictæ, canitur Antiphona sequens: vel alia quæ diei propriè conveniat, è libro responsionum:



NB omitt.

BENEDICTIO CEREORUM
in die Purificationis sanctæ Mariæ.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Exaudi quæsumus Domine plebem tuam, & quæ extrinsecùs, annuâ tribuis devotione venerari, interiùs assequi, gratiæ tuæ luce concede. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum qui tecum, &c. Amen.

Lectio Malachiæ Prophetæ.

Malach. cap. 3.

Hæc dicit Dominus Deus. Ecce mittam Angelum meum: & præparabit viam ante faciem tuam. Et statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quæritis: & Angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem adventûs ejus? & quis stabit ad videndum eum? ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans, & emundans argentum: & purgabit filios Levi, & colabit eos quasi aurum & argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in justitia. Et placebit Domino sacrifi-

Juda, & Hierusalem, sicut dies sæculi: & sicut anni antiqui, dicit Dominus omnipotens.



um & gloriam plebis tuæ Isra

el. Quia viderunt &c.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus qui hodiernâ die unigenitum tuum ulnis sancti Simeonis in templo sancto tuo suscipiendum præsentasti : tuam supplices deprecamur clementiam : ut hos cereos, quos nos famuli tui, in tui nominis magnificentia suscipientes gestare cupimus, luce accensos bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare atque lumine supernæ benedictionis accendere digneris : quatenus eos tibi Domino Deo nostro offerendo, digni, & sancto igne tuæ dulcissimæ charitatis accensi, in templo sancto gloriæ tuæ repræsentari mereamur. Per Dominum nostrum. &c. Amen.

Oremus.

Domine Deus omnipotens creator cœli & terræ, Rex regum & Dominus dominantium, qui omnia ex nihilo creasti, & tuo jussu per opera apum hunc liquorem ad perfectionem cerei pervenire fecisti : & qui hodiernâ die petitionem justi Simeonis implesti : te humiliter deprecamur ut has can-

candelas ad usus hominum, & ad sanitatem corporum & animarum; per invocationem tui sanctissimi nominis: & per intercessionem sanctæ Mariæ Virginis genitricis Filii tui, cujus hodie festa devotè percolimus, ac per preces omnium sanctorum tuorum bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris: & hujus plebis tuæ quæ illas honorificè in manibus suis portare desiderat, teque cantando laudare, exaudias voces de cœlo sancto tuo, & de sede majestatis tuæ, propitiusque sis omnibus clamantibus ad te, quos pretioso sanguine Filii tui redemisti, qui tecum vivit &c. Amen.

Oremus.

Bene ✠ dic Domine Jesu Christe hanc creaturam ceræ supplicantibus nobis: & infunde ei per crucis tuæ virtutem bene ✠ dictionem cœlestem: ut qui eam ad repellendas tenebras, humano generi tribuisti: taliter signaculo crucis tuæ fortitudinem, & bene ✠ dictionem accipiat: ut in quibuscunque locis accensa sive posita fuerit, discedat & contremiscat diabolus & fugiat pavidus cum omnibus ministris suis de habitationibus illis: nec præsumat ampliùs inquietare servientes Deo, vel illudere. Proinde supplices te quæsumus Domine, ut emittas sanctum Angelum tuum Raphaëlem, qui repulit à Tobia & Sara dæmonem

mortiferum & infestantem: ut conterat illum & propellat de cunctis habitationibus colentium Deum, de basilicis; de domibus, de angulis, de lectulis, de refectoriis, de universis locis in quibuscunque Deo famulantes habitant & requiescunt, dormiunt, vigilant, ambulant, & consistunt: nec valeat ampliùs inquietare, vel pavores immittere super illos quos sancti chrismatis tui unctione feceisti munitos. Bene ✠ dico te creatura ceræ in nomine Dei nostri & sanctæ Trinitatis: ut sis exterminatio diaboli, & omnium contubernalium ejus. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus:

agere,

agere, Domine ſancte Pater omnipotens æter-
ne Deus: Quia per ſere niſsimam ac placidiſ-
ſimam ſtellam Genitricem tuam Mariam, cujus
ſacratiſsimum nomen per in ef fabile & inenar-
rabile meritum, ſtella maris interpreta tur, hu-
manum genus illumina re dignatus es: Pro
hoc maximo gaudio hodierna die ovantes, &
ideo in manibus noſtris venera bi li ter cande-
las ferentes, inceſſabili voce clamamus: ut
pro



Legendum eſt quod ſequitur clarâ voce. Qui vivis & regnas, cum Deo Patre, in unitate Spiritûs ſancti Deus; per omnia ſæcula ſæculorum ℟. Amen.

Deinde aſpergantur cerei & thurificentur: accendantur & diſtribuantur: & interim cantetur:

Quia

Quia viderunt oculi mei : ſalutare tuum.
Lumen ad revelationem &c.
Quod paraſti : ante faciem omnium populorum.
Lumen ad revelationem &c.
Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto.
Lumen ad revelationem &c.
Sicut erat in principio & nunc & ſemper &c.
Lumen ad revelationem &c.

Ad Proceſsionem.



permansi sti. Gabri elem Archange-

lum credimus divinitus te esse affatum;

uterum tuum de Spiritu sancto credimus im-

prægna tum, eru bescat Judæus infœlix qui

dicit Christum ex Joseph semine esse natum.

Dum Virgo Deum &c. Gloria Pa-

tri & Fi li o & Spiritu i sanc to. Dum Virgo



Deum &c.

Dum processio in templum revertitur, ad Antiphonam intonatur:

Benedictus.

Cum

Cum inducerent puerum Jeſum parentes e-



ejus evova e.

BEnedictus Dominus Deus Iſraël : quia viſitavit & fecit redemptionem plebis ſuæ.

Et erexit cornu ſalutis nobis : in domo David pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os Sanctorum : qui à ſæculo ſunt Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis noſtris: & de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris: & memorari teſtamenti ſui ſancti.

Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem noſtrum : daturum ſe nobis.

Ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati: ſerviamus illi.

In ſanctitate & juſtitia coram ipſo: omnibus diebus noſtris.

Et tu puer Propheta Altiſsimi vocaberis : præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus : in remiſsionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri : in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent : ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto;

Sicut erat in principio & nunc & semper : & in sæcula sæculorum Amen.

Si venerit in Quadragesimam, tunc sine Gloria Patri &c. cantatur.

Cum inducerent puerum Jesum parentes ac-

cepit e um Si meon in ulnas su as &

be nedixit Deum dicens: nunc di mittis

Do mi ne servum tuum in pace.



evovae.

℣. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Oremus.

Perfice in nobis quæsumus, Domine gratiam tuam, qui justi Simeonis exspectationem implesti: ut sicut ille mortem non vidit, priusquam Christum Domini videre mereretur, ita & nos vitam obtineamus æternam. Per eundem Dominum nostrum &c. Amen.

BENEDICTIO CINERUM. NB

Feriâ quartâ cinerum, ante missam benedicuntur cineres facti de ramis benedictis præteriti anni (si habentur) sequenti modo: Sacerdos indutus pluviali violaceo, vel sine casula procedit ad benedicendum cineres, in vase aliquo, super altare positos, & primò dicitur sequens Antiphona.

Exaudi nos Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundùm multitudinem miserationum tuarum respice nos Domine. *Psalm. 63.*

Psalm. Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. *Psalm. 68*

℣. Gloria Patri.

Exaudi nos Domine &c.

Psalm. Domine ne in furore.

Pater noster.

Et ne nos.

℣. Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum. *Tob. 3.*

℟. Neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Pſ. 102. ℣. Domine non ſecundùm peccata noſtra facias nobis.

℟. Neq; ſecũdũ iniquitates noſtras retribuas nobis.

Pſ. 60. ℣. Eſto nobis Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

Pſ. 101. ℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus. &c. ℣. Dominus vobiſcum.

Oremus.

Concede nobis, quæſumus Domine, præſidia militiæ Chriſtianæ ſanctis inchoare jejuniis: ut contra ſpirituales nequitias pugnaturi, continentiæ ſalutaris muniamur auxiliis. Per Dominum.

Exorciſmus cinerum.

Exorcizo te creatura cineris in nomine Dei Patris ✠ omnipotentis, & Jeſu Chriſti ✠ Filii ejus, & Spiritûs ✠ ſancti, qui te per ignem in favillam verti præcepit: ut ſicut juſſione Moyſis famuli ſui, cinis vitulæ in populo aſperſus, omnem congregationem Iſraël ſanctificavit: ita tu exorcizatus in nomine ſanctæ Trinitatis, qui Deus unus eſt, capitibus noſtris aſperſus ſcrutiniũ diaboli expellas, atq; excludas, per virtutem ejusdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos & ſæculum per ignem. Amen.

Levit. 16. v. 15. Hebr. 9. v. 13.

Oremus.

Omnipotens Deus, miſericordiam tuã humiliter depoſci-

depoſcimus, ut ſicut Ninivitarum populus per prædicationem Jonæ miſericordiam tuam exorans, ſuorum veniam meruit conſequi peccatorum: ita & hi, qui ad tuam gratiam percipiendam venire deſiderant, amputatis carnalibus deſideriis, & maculis, ſuorum finem conſtituant vitiorum. Per Dominum noſtrum.

Oremus.

Deus, qui humiliatione flecteris & ſatisfactione placaris, aurem tuæ pietatis inclina precibus noſtris, & ſervis tuis horum cinerum aſperſione conſignatis, infunde propitius gratiam tuæ benedictionis: ut eos & ſpiritu compunctionis repleas, & quæ juſtè poſtularint, efficaciter tribuas, & conceſſa perpetuâ ſtabilitate conſerves. Per Dominum. Amen.

Completâ cinerum benedictione, & ſacerdoti celebraturo coram altari genua flectenti inſpergantur cineres ab alio ſacerdote, ſi adeſt, alioquin à ſe ipſo, deinde miniſtris, poſtea aliis per ordinem coram altari genua flectentibus, & ad ſingulas inſperſiones dicit ſacerdos. Memento homo quia pulvis es & in pulverem reverteris. Iterum à choro canitur Antiphona: Immutemur habitu in cinere, &c. vel Juxta altare plorabunt, &c. vel Emendemus in melius, dein ſubjungit ſacerdos Collectam.

Oremus.

Deus qui juſtè iraſceris & clementer ignoſcis afflicti

afflicti populi tui lacrymas respice, & iram tuæ indignationis, quam justè meremur, propitiatus averte. Per Dominum, &c. Amen.

Consuetudo quæ in quibusdam templis etiam parochialibus habet, ut prælatâ cruce habeatur processio seu circuitus circa templum sicut in dominicis diebus, & Responsorium: Emendemus, &c. Postmodum ante summum altare à sacerdote Litaniæ de omnibus Sanctis cum Collecta pro omni gradu Ecclesiæ canantur, ac demum sacrum summum subsequatur, illa nulla tenus abrogatur, sed commendatur.

BENEDICTIO PALMARUM.

Dominicâ in palmis ante missam solennem fit illa benedictio, modo sequenti.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

Oremus.

Visita, quæsumus Domine, plebem tuam, & corda nostra sacris dicata mysteriis, pietate tuere pervigili, ut remedia salutis æternæ, quæ te miserante percepit, te protegente custodiat; Per Dominum, &c. Amen.

Lectio Libri Exodi.

In diebus illis: venerunt filii Israël in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta
Exodi 15 palmæ: & castrametati sunt juxta aquas. Profectique sunt de Elim: & venit omnis multitudo filiorum

Filiorum Israël in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai: quinto decimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti. Et murmuravit omnis congregatio filiorum Israël contra Moysen & Aaron in solitudine, dixeruntque ad eos filii Israël. Utinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud, ut occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem Dominus ad Moysen: Ecce, ego pluam vobis panes de cœlo. Egrediatur populus, & colligat, quæ sufficiunt per singulos dies: ut tentem eum, utrùm ambulet in lege, mea, an non. Die autem sexto parent, quod inferant: & sit duplum, quàm colligere solebant per singulos dies. Dixeruntque Moyses & Aaron ad omnes filios Israël. Vespere scietis quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti: & manè videbitis gloriam Domini.

Deinde cantatur Responsorium à Choro.

Collegerunt Pontifices & Pharisæi consilium, & dicebant: quid facimus? quia hic homo multa signa facit: si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: Et venient Romani & tollent nostrum locum Ioan. 11.

& gentem. Vers. Unus autem ex illis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, prophetavit dicens; Expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitaverunt interficere eum, dicentes. Et venient. &c.

Vel cantetur aliud Responsorium: In monte oliveti &c.

Postea sequitur Evangelium.

Sequentia S. Evangelii secundùm Marcum.

IN illo tempore, cum appropinquarent Jerosolymæ, & Bethaniæ ad montem olivarum: mittit Jesus duos ex discipulis suis: & ait illis: Marci IX. Ite in castellum quod contra vos est, & statim introëuntes illuc, invenietis pullum asinæ alligatum, super quem adhuc nemo hominum sedit: solvite illum & adducite mihi. Et si quis vobis dixerit: quid facitis? dicite quia Domino necessarius est, & continuò illum dimittet huc. Et abeuntes invenerunt pullum alligatum ante januam foris in bivio, & solverunt eum. Et quidam de illic stantibus dicebant illis. Quid facitis solventes asinum? Qui dixerunt eis sicut præcepit illis Jesus: & dimiserunt eis. Et adduxerunt pullum ad Jesum: & imponunt illi vestimenta sua, & sedit super eum. Multi autem vestimenta sua straverunt in via. Et qui præibant, &

qui

qui sequebantur, clamabant dicentes. O sanna, benedictus qui venit in nomine Domini: benedictum quod venit regnum patris David, O sanna in excelsis.

Benedictio ramorum.

Deus qui per olivæ ramum pacem terræ nuntiari feciſti, præsta quæsumus, ut hos olivæ cæterarumque frondium ramos tuâ cœlesti bene ✠ dictione sanctifices: ut cuncto populo proficiant ad salutem. Per Christum Dominum, &c. Amen.

Oremus.

Deus qui filium tuum Jesum Christum Dominum nostrum, pro salute nostra in hunc mundum misisti, ut se humiliaret ad nos, & nos elevaret ad se, cui etiam dum in Jerusalem veniret, ut adimpleret scripturas, credentium populorum turba, fidelissimâ devotione, vestimenta sua cum ramis palmarum in via prosternebant, præsta quæsumus ut illi viam præparemus, de qua remoto lapide offensionis & petra scandali, frondeant apud te opera nostra justitiæ ramis, ut ejus vestigia sequi mereamur. Qui tecum vivit &c. Amen.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus qui diluvium

Noë famulo tuo ostendisti: & post ostensionem aquæ, per os columbæ gestantis ramum olivæ, pacem terræ redditam nuntiasti: te supplices deprecamur: ut hanc creaturam ramorum, quam ante conspectum gloriæ tuæ offerimus: veritas tua sancti✠ficet: ut eam devotus populus in manus suscipiens, benedictionis tuæ gratiam consequatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oremus.

Deus qui dispersa congregas: & congregata conservas: qui populis obviam Christo ramos portantibus benedixisti: bene✠dic etiam hos ramos, quos tui famuli ad nominis tui honorem fideliter suscipiunt, ut in quemcunque locum introducti fuerint, tuam bene✠dictionem in eo manentes consequantur, & omni adversitate fugatâ, dextera tua protegat, quos redemit Jesus Christus filius tuus Dominus noster. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus.

Per omnia sæcula sæculorum. Dominus vobiscum.

biscum. Sursum corda. Gratias agamus Do-
mino Deo nostro. Verè dignum & justum
est æquum & salu ta re, nos tibi semper &
ubique gratias a gere, Domine sancte pater
om nipotens æterne Deus, Mundi conditor,
omniumque creaturarum mirabilis dispositor,
Deus qui inter ip sa mundi primordia cum ex
nihilo cuncta conderes, ligna quoq; fructifera
& diverso usui congrua terram pro du ce re

juſsiſti: ac poſt maledictum interdictæ arbo-
ris universa nobis per obedientiam u ni ge-
niti filii tui in benedictionem conver-
tiſti. Bene ✠ dic etiam hos arborum ramos,
inter quos præcipuè arbor olivæ pinguedi ne
cunctos præcellit: per quā etiam cū mundi cri-
mina diluvio quondam expiarentur effuſo,
columba ramum ejusdem ferens, pacē terræ red-
ditam nuntiavit. Nec non & innocens turba Spi-
ritu

ritu ſancto afflata, unigenito tuo Domino no-

ſtro Jeſu Chriſto, pro totius mundi ſalu te

paſſuro obviam currens, palmarum & hujus

arboris ramos abſcindens: ac veſtigiis ejus



ſubſternens: jam quaſi triumphatorē de mortis

principe oſtendebat. Te igitur Domine ſupplici-

ter deprecamur: ut qui annua devotione ejusdē

redemptoris noſtri ſacratiſsimam paſsionē præ-

ve nire ni timur: ipſo adjuvante palmā victoriæ

tenen-

Concluditur in tono orationis hæc Præfatio.

Per eundem Dominum nostrum Jesum Christũ Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate ejusdem Spiritûs sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Benedictio.

Bene ✠ dic, quæsumus Domine, hos ramos: & præsta: ut quod populus tuus, in tua veneratione, hodierna die corporaliter agit: hoc spiritualiter summâ devotione perficiat, de hoste victoriã reportando, & opus misericordiæ summoperc diligendo. Humiliter etiã deprecamur: ut hæc arborum germina ita sancti ✠ ficare digneris: ut loca, ad quæ deportata fuerint: sancti ✠ ficata efficiantur: & iniquitas omnis inde discedat, & tua nos dextera semper protegat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde

Deinde aspergantur & thurificentur rami, atque distribuantur, sub ea distributione cantantur sequentes Antiphonæ:

Pueri Hebræorum tollentes ramos olivarum

obviaverunt Domino clamantes & dicentes: O

sanna in excelsis.

Pueri Hebræorum vestimenta prosternebant

in via, & clamabant dicentes O sanna filio Da-

vid benedictus qui venit in nomine Domini.

Et canitur: Aspergesme Domine &c. sine Gloria Patri &c. Collecta consueta ex Missali sine Dominus vobiscum.

Postea fit Processio.

In qua canitur post ejusdem initium sequens Antiphona:

Cum appropinquaret Dominus Jerosolimam


mam mi ſit du os ex diſcipulis ſu is
dicens: i te in caſtellum quod e contra
vos eſt, & invenie tis pullum a ſi næ al-
li gatum, ſuper quem nullus ho mi-
num ſedit, ſol vi te & addu ci te mihi.
Si quis vos inter roga ve rit, di ci te: o-
pus Do mino eſt: ſol ven tes ad duxe-
runt ad Jeſum & impoſuerũt il li veſtimẽta &
ſedit ſuper eũ: Ali i expãdebãt veſtimẽta ſua

in

Dum proceſſio ad locum ſtationis, ubi crux poſita eſt, pervenerit, ſcholares ſeu aliqui inſtructi ſtantes retro crucem, versâ facie ad proceſſionem cantant primum verſum Hymni, à Theodulpho Aureliano Epiſcopo compoſiti, ut ſequitur alternando cum ſacerdote & choro.

Scholares.

Gloria, laus, & honor tibi ſit Rex Chri-

ſteRedemptor; Cui pue ri le decus prompſit

Oſanna pium.

Sacerdos & chorus ſimul repetunt hunc totum verſum.

Scholares

Iſrael es tu Rex, Davidis & inclyta

proles; nomine qui in Domini Rex benedicte

venis.

Sacerdos & chorus repetunt: Cui puerile decus &c.

Scholares

Cœtus in excelſis te laudat cœlicus om-

nis & mortalis homo cuncta creata ſimul.

Sacerdos & chorus repetunt. Gloria laus & honor &c.

Scholares

Plebs Hebræa ti bi cum palmis obvi-

am

am venit cum prece, voto, hymnis, adſumus



ecce tibi.

Poſtea ſacerdos projicit ramuſculos palmarum ante crucem, ſimiliter populus, & tollitur crux & revertitur proceſſio deferendo crucem ad Eccleſiam, dumque paulatim templo appropinquat, canitur Reſponſorium:

Ingrediente Do mino in ſanctam ci vi-

ta tem, Hebræorum pue ri re-

ſurrectionem vitæ pro nunti antes. Cum

ramis palma rum Oſanna clama bant

in ex cel ſis. Verſ. Cumque audiſſent

quia Jeſus venit Je roſolymam, exi e runt ob-

viam

viam e i. Cum ramis &c.

Quando proceſſio intravit templum, canitur initium Antiphonæ: Turba multa. Et intonatur canticum: Benedictus Dominus Deus Iſraël &c. habeturque ſupra in benedictione cereorum pag. 170.

Turba multa. Euouae.

Si fuerit in templo organum, alterni verſus organo, alterni à choro cantantur: finito cantico Benedictus. ſi organum non pulſetur, repetitur tota Antiphona.

Turba multa quæ convenerat ad diem feſtum,

clamabat Domino: benedictus qui venit in

nomine Domini: O ſanna in excelſis.

Oremus.

Adjuva Domine fragilitatem plebis tuæ, ut ad votivum magnæ feſtivitatis effectum, intercedente Beata Maria ſemper Virgine, & corporaliter gubernata recurrat, & ad perpetuam vitam, te miſerante, perveniat. Per Dominum noſtrum &c.

Abſo-

Abſolutâ hâc oratione, incipiat chorus introitum, & reliqua peragantur ſuo ordine ut in Miſſali.

DE ADORATIONE CRUCIS IN DIE PARASCEVES.

FInitis orationibus, quæ poſt paſſionem in miſſali habentur, Parochus (juncto ſibi Presbytero ſi adſit) procedit ad cornu Epiſtolæ, & ibi in poſteriore parte anguli altaris, accipit crucem à miniſtris ſibi præparatam: & versâ facie ad chorum cantat ſequentem Antiphonam:



Diaconi, aut duo pueri ſubjungunt:



Tunc chorus cum genuflexione cantat:

ſanctus

ſanctus & immortalis miſerere nobis.

Sacerdos crucem portans: paululùm procedit:

Qui a e duxi te per deſer-



tum quadraginta annis, & manna cibavi

te: & introduxi in terram ſa tis o pi mam,

paras ti crucem Salvatori tu o

Diaconi aut pueri repetunt:

Hagios &c.

Et ſubjungit Chorus denuò:

Sanctus &c.

Sacerdos crucem portans: paululùm progreſſus:

Quid ultra de bui face re ti-

bi & non feci? E go quidem planta vi te

vine-

vineam meam fructu decoram, & tu fa cta

es mihi nimis amara, aceto namque ſitim

meam potaſti, & lanceâ perforaſti latus Sal-



vatoris tui.

Diaconi aut pueri tertiò cantant:

Hagios &c.

Subjungitque Chorus tertiò:

Sanctus. &c.

Hic Sacerdos ſublato velamine totaliter de crucifixo, procedit ad medium chori, elevans crucifixum, incipit Antiphonam ſequentem:

Ecce lignum cru cis, in quo ſalus mun di

pe pen dit. Ve ni te ad o re mus.

Chorus interponit pſalmum:

Be a ti immacu la ti

in via qui ambulant in lege Domini.

Sacerdos iterum voce intenſiore:

Ecce lig num &c.

Chorus: Beati immaculati &c.

Sacerdos tertiò intenſiore voce:

Ecce lignum &c.

Chorus: Beati immaculati &c. Additque ſequentem Antiphonam, ſub qua ſacerdos ponit crucem in medium chori, ſeu locum ibi conſuetum, & dicit orationes in miſſali appoſitas, cum miniſtris: O Domine Jeſu Chriſte adoro te in cruce pendentem &c.

Crucem tuam adoramus Domine, & ſanctã re-

ſurrectionem tuam laudamus & glorificamus:

Ecce enim propter crucem ve nit gaudium in

uni-

univerſo mundo. De us miſereatur noſtri,

& benedicat nobis : il lu minet vultum ſuum

ſuper nos & miſere a tur noſtri.

Deinde duo pueri, vel alii, genibus ante crucem flexis, cantant ſequentem hymnum:

Crux fi de lis inter omnes arbor una nobi lis: nul-

la ſilva talem profert fronde, flore, germi ne.

Dul ce lignum dulces clavos dulce pon dus

ſuſtinens.

Chorus repetit eundem Verſum totum.

Pueri pergunt : Pange lingua glorioſi prælium certaminis : & ſuper crucis trophæo, dic trium-

phum nobilem: qualiter Redemptor orbis, immolatus vicerit.

Chorus repetit: Dulce lignum dulces &c.

Pueri: De parentis protoplasti fraude factor condolens: quando pomi noxialis morsu, in mortem corruit: ipse lignum tunc notavit, damna ligni ut solveret.

Chorus repetit: Crux fidelis inter omnes &c.

Dumque pueri reliquos versus in missali contentos pergunt canere; Chorus alternis vicibus interponit, prout supra positum est.

Cruce salutatâ, Parochus nigrâ casulâ indutus, quasi missam celebraturus faciat solito more confessionem, & reliqua prout in missali habentur, perficiat, quibus omnibus absolutis sequitur.

ORDO SEPELIENDI CRUCIFIXUM in eodem Parasceves die.

Sacerdos expleto officio exuit casulam, & indutus cappâ purpureâ, vadit ad locum, ubi crux velata jacet, discooperit, aquâ benedictâ aspergit, thurificat, & rursum cooperit, & ad locum præparatum præcedentibus candelis, & cruce deportat, submissè cantando:

sus

Et cum perventum fuerit ad locum sepulturæ, sacerdos aperto sepulchro, aquâ benedictâ aspergit, & thurificat chorum cantante: Ecce quomodo: interea sacerdos ponit crucem in sepulchro, & panno albo eam velat:

Vers. In pace factus est locus ejus, &

in Sion habi ta tio e jus. Et

Dein Sacerdos claudit sepulchrum, & cantatur:

Sepulto Domino signatum est monumentum

volventes lapi dem ad ostium mo nu-

menti. Ponentes mili tes qui custodi-

rent il lud. Vers. Ne for tè ve ni ant

discipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi,

surrex it à mor tu is. Ponentes. &c.

Postea dicit Sacerdos: In pace factus est locus ejus;
Chorus: Et in Sion habitatio ejus.

Et egreditur processio sub silentio,

BE-

BENEDICTIO IGNIS

in Sabbatho sancto, seu vigilia paschæ.

NB

Ante Missam solennem cooperiuntur altaria, in collegiatis dicuntur horæ, postea sacerdos indutus albâ & pluviali violaceo, vel sine casula, cum cruce, aquâ benedictâ, incenso, ad locum ubi incensus est ignis de silice excussus, accedens legit septem psalmos pœnitentiales cum Gloria Patri. & cum precibus & cum oratione, Pietate tuâ.

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES.

Ne reminiscaris Domine delicta nostra vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Psalmus 6.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valdè: sed tu Domine usquequo.

Convertere Domine, & eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi.

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas

noctes

noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletûs mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam; Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur, & erubescant valdè velociter.

Gloria Patri & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper: & in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus 31.

BEati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum: nec est in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea: dum clamarem totâ die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

Deli-

Delictum meum cognitum tibi feci: & injustitiam meam non abscondi.

Dixi: confitebor adversum me injustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.

Veruntamen in diluvio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me: exultatio mea; erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus.

In camo & fræno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Lætamini in Domino, & exultate justi: & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat &c.

Psalmus 37.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ: à facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, & curvatus sum usq; in finem: tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

Amici mei & proximi mei: adversum me appropinquaverunt & steterunt.

Et

Et qui juxta me erant de longè steterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: & non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine speravi: tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi, nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt, qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris à me.

Intende in adjutorium meum: Domine Deus salutis meæ.

Gloria Patri & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio.

Psalmus 50.

MIserere mei Deus: secundùm magnam misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicâris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo & mundabor: lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & Spiritum rectum innova in viscéribus meis.

Ne projicias me à facie tua: & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui : & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea justitiam tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus : cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut ædificentur muri Hierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat &c.

Psalmus 101.

DOmine exaudi orationem meam : & clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam à me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacunque die invocavero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pelicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi: & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Totâ die exprobabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, adversum me jurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam: & potum meum cum fletu miscebam.

A facie iræ indignationis tuæ: quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt: & ego sicut fœnum arui.

Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum, in generatione, & generationem.

Tu exurgens Domine misereberis Sion: quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus: & terræ ejus miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia

Quia ædificavit Dominus Sion: & videbitur in gloria sua.

Respexit orationem humilium: & non sprevit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo: Dominus de cœlo in terram aspexit.

Ut audiret gemitus compeditorum: & solveret filios interemptorum.

Ut annuntient in Sion nomen Domini: & laudem ejus in Hierusalem.

In conveniendo populos in unum: & reges, ut serviant Domino.

Respondit ei in via virtutis suæ: paucitatem dierum meorum nuncia mihi.

Ne revoces me in dimidio dierum meorum: in generationem & generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli.

Ipsi peribunt tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Filii

Filii servorum tuorum habitabunt : & semen eorum in sæculum dirigetur.

Gloria Patri & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat &c.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio.

Psalmus 142.

DOmine exaudi orationem meam auribus percipe

cipe obsecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua justitia.

Et non intres in judicium cum servo tuo: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi: & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè misericordiam tuam: quia in te speravi.

Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine vivificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: quoniam ego servus tuus sum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Antiphona.

Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

LITANIÆ.

Kyrie eleîson. Christe eleîson.
Kyrie eleîson.
Christe audi nos.
Salvator mundi, Adjuva nos.
Sancta Maria,
Sancte Michaël,
Sancte Gabriel,
Sancte Raphaël, } Ora pro nobis.

Omnes

Omnes sancti Angeli & Archangeli.
Omnes sancti Throni & Dominationes.
Omnes sancti Principatus & Potestates.
Omnes sanctæ Virtutes cœlorũ
Omnes sancti Cherubim & Seraphim.
Omnes sancti supernicives.
Omnes sancti Patriarchæ & Prophetæ.
Omnes sancti Apostoli & Evangelistæ.
Omnes sancti Martyres & Confessores.
Omnes sanctæ Virgines & Viduæ.

} Orate pro nobis.

Propitius esto. } Parce nobis Dom.
Propitius esto. } Exaudi nos Dom.

Ab hoste malo.
A morbo malo.
A peste & clade.
A subitanea & improvisa morte.
A morte perpetua.
Ab insidiis Diaboli.

} Libera nos Dom.

Ab omni tentatione diabolica.
Ab ira tua.
Ab omni malo.
Per Adventum tuum.
Per Nativitatem tuam.
Per Crucem & Passionem tuã.
Per Resurrectionem, & Ascensionem tuam.
Per Adventum Spiritûs sancti Paracliti.
In die Judicii.

} Libera nos Dom.

Peccatores.

Te rogamus audi nos.

Ut pacem nobis dones.
Ut sanitatem nobis dones.
Ut fructus terræ dare & conservare digneris.
Ut aëris temperiem nobis bonam dones.
Ut domnum Apostolicum in sancta religione conservare digneris.
Ut Pontificem nostrum in sancta religione conservare digneris.
Ut Regem nostrum & exercitũ ejus conservare digneris.

} Te rogamus audi nos.

Ut

Ut omnem gradum ecclesiasticum in sancta religione conservare digneris.
Ut cunctum populum Christianum pretioso sanguine tuo redemptum conservare, & pacificare digneris.
} Te rogamus audi nos.

In benedictionibus ignis, aut fontis baptismalis hìc inseritur:
Ut ignem (fontem) istum bene ✠ dicere & consecra ✠ re digneris.

Ut gratiam sancti Spiritûs cordibus nostris infundere digneris.
Ut fidem, spem, & charitatem nobis concedere digneris.
Ut animabus omnium fidelium defunctorum propitiari digneris.
Ut nos exaudire digneris.
Fili Dei.
} Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Miserere nobis Domine.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Kyrie eleîson. Christe eleîson. Kyrie eleîson.
Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.

Preces majores.

℣. Oremus pro omni gradu Ecclesiæ.
℟. Sacerdotes tui induantur justitiâ, & sancti tui exultent.
℣. Pro Papa nostro N.
℟. Dominus noster salvum illum, atque incolumen custodiat Ecclesiæ suæ sanctæ, ad regendum populum Dei.
℣. Pro rege nostro N.
℟. Domine salvum fac regem, & exaudi nos in die qua invocaverimus te.
℣. Pro antistite nostro N.
℟. Dominus conservet eum, & vivificet eum & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum ejus.
℣. Pro cuncto populo Catholico.
℟. Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ: & rege eos, & extolle illos usque in æternum.
℣. Pro pace, & unitate Ecclesiæ.
℟. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

℣. Pro

℣. Pro iter agentibus.
℟. Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & in mari longè.
℣. Pro pœnitentibus.
℟. Convertere Domine usquequo, & deprecabilis esto super servos tuos.
℣. Pro discordantibus.
℟. Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat, & confirmet corda, & corpora eorum in pace.
℣. Pro adversantibus, & calumniantibus nos.
℟. Domine Jesu Christe, ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt, quid faciunt.
℣. Pro omnibus nobis bona facientibus.
℟. Retributor omnium bonorum Deus, retribuere dignare omnibus nobis bona facientibus, propter nomen sanctum tuum, vitam æternam.
℣. Pro infirmis & captivis.
℟. Emitte eis verbum tuum, & sana eos de interitu eorum.
℣. Pro fidelibus defunctis.
℟. Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.
℣. Requiescant in pace.
℟. Amen.
℣. Pro fratribus, & sororibus nostris.

℟. Sal-

℟. Salvos fac ſervos tuos, & ancillas tuas Deus meus ſperantes in te.

℣. Pro nobiſmetipſis.

℟. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſperavimus in te.

℣. Pro peccatis & negligentiis noſtris.

℟. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, citò anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis.

℣. Adjuva nos Deus ſalutaris noſter.

℟. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen ſanctum tuum.

℣. Domine non ſecundùm peccata noſtra facias nobis.

℟. Neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuas nobis.

℣. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere nos.

℣. Eſto nobis Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Oremus.

Pietate tuâ quæsumus, Domine, nostrorum solve vincula peccatorum, & intercedente beata Virgine Maria cum omnibus Sanctis : Domnum Apostolicum, & omnem Ordinem Ecclesiasticum, Regem & Pontificem nostrum: omnesque congregationes illis commissas, & nos famulos tuos, atque locum nostrum in omni sanctitate, & religione custodi : omnesque affinitate vel familiaritate nobis junctos, seu omnes Christianos à vitiis purga, virtutibus illustra, pacem & salutem nobis tribue, hostes visibiles & invisibiles remove, carnalia desideria repelle, aëris temperiem indulge, fruges terræ concede, amicis & inimicis nostris ac nobis veram charitatem largire; Et omnibus Christianis vivis & defunctis, in terra viventium vitam & requiem sempiternam concede. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

℣. In pace factus est locus ejus.

℟. Et in Sion habitatio ejus.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui Filium tuum, angularem scilicet lapidem claritatis tuæ ignem fidelibus contulisti: productum ex silice, nostris profuturum usibus, novum hunc ignem sancti ✠ fica, & concede nobis: ita per hæc festa paschalia cœlestibus desideriis inflammari: ut puris mentibus, ad perpetuæ claritatis festa pertingere valeamus. Per eundem Dominum.

Domine Deus Pater omnipotens lumen indeficiens, qui es conditor omnium luminum: bene. ✠ dic hoc lumen, quod à te sanctificatum atque benedictum est, qui illuminasti omnem mundum: ut ab eo lumine accendamur, & illuminemur igne claritatis tuæ: & sicut igne tuo illuminasti Moysen exeuntem de Ægypto: ita illumines corda & sensus nostros: ut ad vitam & lucem æternam pervenire mereamur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde benedicit quinque grana incensi ponenda in cereo, cantans absolutè hanc orationem.

Veniat, quæsumus omnipotens Deus, super hoc incensum larga tuæ bene ✠ dictionis infusio: & hunc nocturnum splendorem

dorem invisibilis regenerator accende: ut non solùm sacrificium, quod hâc nocte litatum est, arcanâ luminis tui admixtione refulgeat; sed in quocunque loco ex hujus sanctificationis mysterio aliquid fuerit deportatum, expulsâ diabolicæ fraudis nequitiâ, virtus tuæ majestatis assistat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Dum benedicuntur grana incensi, acolythus sumit de carbonibus ignis benedicti, ponit in thuribulo: & finitâ oratione supradictâ sacerdos de navicula ponit incensum in thuribulo benedicens illud more solito: deinde prædicta grana incensi, & ignem terra aspergit aquâ benedictâ: interim extinguuntur omnia luminaria Ecclesiæ, ut de igne benedicto postmodum accendantur. Et cantatur à Choralibus:

Inventor rutili dux bone luminis, qui certis vici-

bus tempora dividis. Merso sole chaos ingruit

horridum, lumen redde tuis Christe fidelibus.

Repetitur à Choro:



Inventor &c.

Chorales prosequuntur.

Quamvis innumero sidere regiam,



lunarique polum
lampade pinxeris, incussu silicis lumina, nos tamen monstras saxigeno semine quærere.

Chorus repetit:



Merso sole &c.

Chorales: Ne nesciret homo spem sibi luminis, in Christi solido corpore conditam, qui dici stabilem se voluit petram, nostris igniculis unde genus venit.

Repetitur: Inventor rutili &c.

Pinguis quos olei rore madentibus, lichnis aut facibus pascimus aridis, quin & fila favis scirpea floreis, presso melle priùs collita fingimus. (Merso &c.)

Vivax flamma viget, seu cava testula succum linteolo suggerit ebrio, seu pinus piceam fert alimoniam, seu cerã teretem stuppa calcis bibit. (Inventor &c.)

Splendeat ergo tuis muneribus pater, flammis mobilibus scilicet atria, absentemque diem lux agit æmula,

æmula, quam nox cum lacero victa fugit peplo. (Merso &c.)

Pendent mobilibus lumina funibus, quæ subfixa micant per laquearia, & de languidulis fota natatibus, lucem perspicuo flamma jacit vitro. (Inventor &c.)

Ores digna Deus, quam tibi, roscidæ noctis principio, grex tuus offerat lucem, qua tribuis nil pretiosius, lucem, quâ reliqua præmia cernimus. (Merso &c.)

Vera es lux oculis, lux quoque sensibus, intus tu speculum, tu speculum foris: lumen quod famulans offero suscipe, tinctum pacifici chrismatis unguine. (Inventor &c.)

Per Christum genitum, summe Pater tuum, in quo visibilis stat tibi gloria, qui noster Dominus, qui tuus unicus, spirat de patrio corde Paraclitum.

Deinde statim itur ad benedicendum cereum.

BENEDICTIO CEREI PASCHALIS.

Eam cantat Diaconus ut sequitur.

Exultet jam angelica turba cœlorum, exultent

divina mysteria, & pro tanti regis victoria tuba


insonet saluta ris. Gaudeat & tellus tantis irra-
diata fulgoribus,& æterni Regis splendore illu-
strata,totius orbis se sentiat amisisse cali gi-
nem: lætetur mater Ecclsia tanti luminis ador-
nata fulgoribus:& magnis populorum vocibus
hæc aula resul tet. Quapropter astantes vos
fratres charissimi ad tam miram sancti hujus lu-
minis claritatem, unà mecum quæso, Dei omni-
potentis misericordiam invocate:ut qui me non
meis

meis meritis intra Levitarum numerum dignatus

est aggregare: luminis sui claritatem in fun den-

do cerei hujus laudem implere perfi at. Per

Dominum nostrum Jesum Christum Filium

suum, qui cum eo vivit & regnat in unitate Spi-

ritûs sanc ti. Per omnia sæcula sæculorum.

Resp. Amen. Dominus vobiscũ. Resp. Et cum Spi-

ritu tuo. Sursum corda. Resp. Habemus &c.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

Resp.


Resp. Dignum &c. Verè dignum & justum est
invisibilem Deum patrem omnipotentem Fi-
liumq; ejus Unigenitum Dominum nostrum
& sanctum Spiritum toto cordis ac mentis af-
fectu & vocis ministerio personare. Qui pro
nobis æterno patri Adæ debitum solvit: & veteris
piaculi cautionem pio cruore deter sit. Hæc
sunt enim festa paschalia: in quibus verus ille
agnus occiditur: cujus sanguine postes fideliũ
conse-


consecrantur. Hæc nox est, in qua tu Domi-
ne patres nostros filios Israël eductos de Ægy-
to, mare rubrum sicco vestigio transire fe-
cis ti. Hæc igitur nox est, quæ peccatorum
tenebras columnæ illuminati one purgavit. Hæc
nox est quæ hodie per universum mundum
in Christo credentes à vitiis sæculi & caligine
peccato rum segregatos reddit gratiæ, soci-
at que san cti ta ti. Hæc nox

est, in qua destructis vinculis mortis Christus

ab inferis victor ascendit. Nihil enim nobis nasci

profuit, nisi redimi profuisset. O mi ra

circa nos tuæ pieta tis dignatio. O inæ-



stimabilis dilectio chari tatis: ut servum re-

dimeres filium tradidisti. O verè be a ta

nox, quæ sola meruit scire tempus & horam, in

qua Christus ab inferis resurrexit. Hæc nox

est, de qua scriptum est: & nox sicut dies illumina-

bitur:

bitur: & nox illuminatio mea in deli ci is meis.

Hujus igitur sanctificatio noctis fugat scelera,

culpas lavat: & reddit innocentiam lapsis, & mœ-

stis læti ti am. Fugat odia, concordiam parat,

& curvat imperia. In hujus igitur noctis gratia

sus ci pe sancte pater incensi hujus

Hìc imprimantur quinque grana incensi in cereum, in modum crucis hujus:

sacrificium

vespertinũ. Quod tibi in hac cerei oblatione so-

lenni per ministrorum manus, de operibus apũ,

sacrosancta reddit Eccle sia. Sed jam columnæ

hujus præconia novimus, quam in honorẽ Dei

rutilans ig nis accendit.

Hìc de igne benedicto accendatur cereus, & ab eo alii.

Qui licet divisus in partes, mutuati luminis detri-

menta non novit. Alitur liquentibus ceris quas in

substantiam preciosæ hujus lampadis apis ma-

ter edux it. O ve rè bea ta nox, quæ exspolia-

vit Ægyptios, dita vit Hebræos. Nox in qua

terrenis


terrenis cæle sti a, humanis divi na jungun-
tur. Oramus ergo te Domine,ut cereus iste in
honorem nominis tui consecratus,ad noctis hu-
jus caliginem destruendam indeficiens perse ve-
ret,atque in odorem suavitatis accensus super-
nis luminaribus misceatur. Flammas ejus lu-
cifer matuti nus inveniat. Ille inquam Luci-
fer, qui ne scit occasum. Ille,qui regressus ab in-
feris,humano generi sere nus illux it. Preca-

mur ergo te Domine, ut nos famulos tuos, om-

nem clerum & devotissimum populum unà

cum Papa nostro N. & religiosissimo Ar-

chipræsule nostro. N. Et glo ri o sis-

simo Imperatore, Rege, nostro N. (Ejusq,

nobilissima prole) quiete temporum concessâ

in his paschalibus gaudiis conserva re digneris,

Sequentia canuntur in Tono conclusionis Collectæ:

Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus &c. Resp. Chorus: Amen.

Benedictione cerei completâ, sequuntur prophetiæ sine titulo, prout

prout habentur in Missali; In principio creavit Deus &c. quas legit Sacerdos albâ & pluviali violaceo indutus, & omnes in tono prophetiæ. Finitis prophetiis cum Tractibus & Collectis sequitur.

BENEDICTIO FONTIS BAPTISMALIS.

NB

In Ecclesiis & Collegiis parochialibus, dum proceditur ad fontis benedictionem, canitur sequens hymnus: in aliis omittuntur sequentia usque ad Litaniam exclusivè.

Hymnus.

Supplicate Christo Regi, cœtus Apostolici, supplicetque permagnorum sanguis fusus Martyrum.

Repetitur: Rex Sanctorum &c.

Implorate Confessores, consonæque Virgines:

quo

quo donetur nobis magnæ tempus indulgentiæ.

Repetitur: Totum mundum &c.

Omnes Sancti atque justi, vos precamur cernui, ut purgetur crimen omne vestro sub oramine.

Rex Sanctorum &c.

Hujus Christe rector alme, plebis vota suscipe, qui plasmasti protoplastum, & genus gignentium.

Totum mundum &c.

Mitte sanctum nunc amborum spiritum Paraclitum, in hanc plebem quam recentem fons baptismi parturit.

Rex Sanctorum &c.

Fac in terra fontis hujus sacratum mysterium: qui profluxit cum cruore sacro Christi corpore.

Totum mundum &c.

Ut lætetur mater sancta tota nunc Ecclesia, ex profectu renascentis tantæ multitudinis.

Rex Sanctorum &c.

Præsta Patris atque nati compar sancte Spiritus: ut te solum semper omni diligamus tempore.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, adesto magnæ pietatis tuæ mysteriis: adesto Sacramentis: & ad renovandos novos populos, quos tibi fons baptismatis

matis parturit: spiritum adoptionis emitte: ut quod nostræ humilitatis gerendum est ministerio: tuæ virtutis impleatur effectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus.

Per omnia sæcula sæculorum. Resp. Amen. Do-



minus vobiscũ. Resp. Et cũ spiritu tuo. Sursũ corda.



Resp. Habemus &c. Gratias agamus Domino Deo



nostro. Resp. Dignum & justum est. Verè dignũ &

justum est, æquum & salutare. Nos tibi semper &

ubiq; gratias agere, Domine sancte pater omni-



potens æterne Deus: Qui invisibili potentiâ

ſacramentorum tuorum mirabiliter operaris ef-

fectum: & licet nos tantis myſteriis exequendis

ſimus indigni, tu tamen gratiæ tuæ dona non

deſerens, etiam ad noſtras preces aures tuæ pie-

tatis inclines. Deus cujus ſpiritus ſuper aquas

inter ipſa mundi primordia ferebatur; ut jam

tunc virtutem ſanctificationis aquarum natura

conciperet. Deus qui nocentis mũdi crimina per

aquas abluens: regenerationis ſpeciem in ipſa di-

luvii

diluvii effusione signasti: ut unius ejusdemque
elementi mysterio, & finis esset vi tiis & o rigo
virtutibus. Respice Domine in faciem Ecclesiæ
tuæ & multiplica in e a regenerationes tu as:
qui gratiæ tuæ affluentis impetu lætificas
civitatem tuam, fontemque baptismatis ape-
ris toto orbe terrarum gentibus in no-
vandis: ut tuæ maje statis im pe ri o

sumat unigeniti tui gratiam de Spiritu sancto:

Hìc dividat aquam manu in modum crucis: ✠ Qui hanc aquam regenerandis hominibus præparatam, arcanâ sui luminis admixtione fœcundet: ut sanctificatione cóceptâ, ab immaculato divini fontis utero in novam renati creaturam progenies cœlestis emergat: & quos, aut sexus in corpore, aut ætas discernit in tempore, omnes in unam pariat gratia matter infantiam. Procul ergo hinc jubente te Domine,

mine, omnis spiritus immundus abscedat: procul

tota nequitia diabolicæ fraudis absistat. Nihil

hic loci habeat contrariæ virtutis admixtio, non

insidiando circumvolet: non latendo surripiat:

non inficiendo corrumpat. Sit hæc

Hic manu tangat aquam:

Sancta & innocens creatura

libera ab omni impugnatoris incursu, & totius

nequitiæ purgata discessu. Sit fons vivus aqua

regenerans: Unda purificans. Ut omnes hoc la-



vacro salutifero diluendi, operante in eis Spiritu

sancto, perfectæ purgationis indulgentiam con-

sequantur

Faciat cruces super fontem dicens:

Unde bene ✠ dico

te creaturæ aquæ, per De ✠ um vivum: per

De ✠ um verum: Per De ✠ um sanctum: Per

Deum qui te in principio verbo separavit ab a-

rida: cujus spiritus super te ferebatur: qui te de

paradisi fonte manare fecit,

Hic effundit aquam manu in quatuor partes, juxta hanc figuram:



& in

& in quatuor flumina dividens, totam terram

rigare præcepit: qui te in deserto amaram suavi-

tate inditâ, fecit esse potabilem: & sitienti po-

pulo de petra produxit,

Hic iterum facit manu crucem:

Bene ✠ dico te per Jesum Chri-

stum, Filium ejus unicum Dominum nostrum:

qui te in Cana Galilææ, signo ad mirabili,

suâ potentiâ convertit in vinum: qui pe-

dibus super te ambu la vit: & à Joanne

in

in Jordane in te baptizatus est: quite unà cum

sanguine de latere suo produxit: & discipulos

suos jussit, ut credentes baptizarentur in te di-

cens: Ite, docete omnes gentes, bapti zantes

eos in nomine Patris & Filii & Spi ritûs

sancti.

Hìc mutet vocem quasi legens lectionem. Hæc nobis præcepta servantibus tu Deus omnipotens clemens adesto: ore bene ✠ dicito: ut præter naturalem emundationem, quam lavandis possunt adhihere corporibus, sint etiam purificandis mentibus efficaces.

Sacerdos cereum ardentem ter mergit in fontem: primò parùm

parùm intus in aquam, secundò profundiùs, tertiò usque ad fundum: & ad singulas mersiones vocem in tono præfationis exaltando, & in aquam modestè in forma crucis insufflando dicit:

Descendat in hanc plenitudinem fontis virtus



Spiritûs sancti.

Post tertiam immersionem prosequitur:

totamque hujus aquæ substantiam regenerandi

fœcundet effectu.

Hìc tollitur cereus de aqua & sacerdos prosequitur:

Hic omnium peccatorum maculæ deleantur.

Hic natura ad imaginem tuam condita, & ad

honorem sui reformata principii, cunctis ve-

tustatis squaloribus emundetur: ut omnis homo

hoc Sacramentum rege ne rationis ingressus in

veræ innocentiæ novam infantiam renascatur.

Legendo dicit: Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum qui tecum vivit & regnat in unitate ejusdem Spiritûs sancti Deus &c.

Antequam imponatur Chrisma in fontem, aspersio circumstantium fit à Sacerdote: & accipitur in vase aliquo de aqua eadem pro aspergendis domibus, & cibis paschalibus: & pro aspersione usque ad octavam Pentecostes, plerique enim non benedicunt aquam interea: tametsi liceat benedicere quoties opus est.

Deinde infundit de Chrismate in modum crucis dicens intelligibili voce.

Sanctificetur, & fœcundetur fons iste renascentibus ex eo, in vitam æternam. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritûs ✠ sancti. ℟. Amen.

Atque hoc fit tribus vicibus.

Postea cantantur Litaniæ de omnibus SS. à cantoribus, Choro respondente, & habentur supra in benedictione ignis pag. 218. & post Versum illum: Ut cunctum populũ Christianum &c. Sacerdos dicit ter:

Ut

Ut fontem istum bene ✠ dicere, & conse ✠crare digneris. Deinde prosequuntur Litaniam, usque ad Kyrie eleîson. Quod intonatur solenniter, ut in missa moris est, & simul incipitur Missa.

PROCESSIO IN NOCTE PASCHALI.

IN nocte circa duodecimam horam, antequam ad matutinum pulsentur campanæ, induet se parochus (in Collegiis Decanus vel hebdomadarius) vestibus sacerdotalibus & cappâ purpureâ, & ordinetur processio ad levandam crucem hoc modo. Presbyter cum ministris gestantibus candelas magnas, seu faces, cum thuribulo & aqua benedicta procedit ad sepulchrum, aspergit illud aquâ benedictâ ac genibus flexis dicit orationes subsequentes, quibus de consuetudine in multis Ecclesiis præmittitur psalmus Confitemini Domino quoniam bonus. &c. qui habetur in Breviario ad Primam.

Oremus.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, nobis famulis tuis eâ animi devotione & cordis contritione, misericordiam & veniam peccatorum nostrorum obtinere; qua sanctæ mulieres gloriosum filii tui sepulchrum, cum aromatibus visitare & quæsitum tam pretiosum mundi pretium meruerunt invenire: ut per mortem ejus à peccati vinculis absoluti, & per resurrectionis ejus sacrosanctum mysterium justificati ad vitam quæ in cœlis est, cum ipso ascendere mereamur,

sine fine cum gaudio mansuri. Per eundem Dominum nostrum JESUM Christum &c.

Oremus.

Præsta quæsumus omnipotens Deus ut splendida faciei tuæ claritas nos illustret, quæ post gloriosam resurrectionem tuam, à maxillis Ecclesiæ tuæ sponsæ detersit lacrymas & mœrorem. Per eundem Christum Dominum nostrum. Respon. Amen.

Deinde ablato velamine de cruce iterum aspergatur, & thurificetur, & levet presbyter crucem, dicendo: Surrexit Dominus verè &c. Et præcedentibus vexillis ac candelis aut facibus, ipse portando crucem sub silentio exit templo, subsequente populo: postquam omnes egressi fuerint, clauduntur fores templi & processio circuit templum decantando Responsorium sequens: quando facto circuitu revertitur processio ante fores templi clausas, sacerdos tangens crucifixo portam, eamque pulsans, dicendo: Tollite portas principes vestras, & introibit Rex gloriæ. ad quæ intus quidam respondet: Quis est iste Rex gloriæ? Dein secundò repetendo responsorium circuit, & similiter pulsando fores ac dicendo: Tertiâ vice postquam intus consistens interrogavit: Quis est iste rex gloriæ? facto strepitu aperiuntur portæ, & processio ingreditur canendo: Christus ist aufferstanden ꝛc. & incipit matutinum.

Cum Rex glo ri æ Chris tus infer-


infernum debellaturus in tra ret, &
& cho rus ange licus antefaciem ejus por-
tas principum tolli præciperet: Sanctorum po-
pulus qui tenebatur in morte cap ti vus vo-
ce lachrymabili clamave rat. Adve niſti de-
ſidera bilis quem exſpectabamus in tene-
bris, ut educeres hâc nocte vinculatos de
clauſtris. Te no ſtra vocabant ſuſpi ri a
te lar ga require bant la-

Quando decantatio matutini pervenit ad ultimum Reſponſorium:
Dum tranſiſſet ſabbathum &c. accenſis denuò candelis aut facibus egreditur proceſſio à Choro ad locum ſepulchri, ubi levatâ cruce ante remanſit velum ſive ſudarium. Et tres Clerici, ſi totidem adſint, habeant tria thuribula, aut parochus cum unico thuribulo viſitat ſepulchrum, cui dum appropinquat canit:



Quibus duo Chorales ſeu pueri angelorum perſonam ſuſtinentes, quos apud ſepulchrum paratos exſpectare oportet, reſpondent:

Quem

Quem quæritis in ſepulchro ô Chriſticolæ?

Reſpondent illi tres Clerici, aut Paſtor.

Jeſum Nazare num crucifixum ô



Cælicolæ.

Tunc rurſus pueri :

Non eſt hìc ſurrexit ſic ut prædixe-

rat,i te nuntiate,quia ſurrrexit de ſepul-

chro. Venite & videte locum ubi poſitus erat

Dominus alleluja, alleluja.

Tunc accedunt illi tres Clerici, aut Paſtor, recipit ſudarium, ante, ſublatâ exinde cruce, relictum, pueri ſeu Chorales in ſepulchro ſedentes cantant :

Citò euntes dicite diſcipulis,quia ſurrexit Domi-



nus alleluja.

Deinde

Deinde Cantor aut Chorus incipit: Victimæ paschali &c. interim Clerici illi aut pastor de sepulchro procedunt ad gradum altaris, ibidem vertendo faciem ad populum, dum Chorus cantat: Dic nobis Maria &c. & respondet secundus, seu Pastor: Angelicos testes, sudarium & vestes, & canendo sudarium, hoc ipsum elevatur; Tum tertiò Chorus: Dic nobis Maria &c. & respondet tertius Clericus, seu Pastor: Surrexit Christus spes mea &c. postea totus Chorus: Credendum est &c. absolutâ sequentiâ canitur: Te Deum laudamus. Et subjunguntur Laudes.

PROCESSIO IN FESTO PASCHÆ.

ANte sacrum summum canitur primo ad aquam benedictam: Vidi aquam &c. suprà pag. 166. Finitâ Collectâ, quæ ex missali subjungitur habetur processio circa templum & canitur responsorium: Cum Rex gloriæ &c. supra pag 252. post illud responsorium incipiant duo Clerici, aut alii sequentem hymnum, quibus chorus respondet repetendo prout adnotatum est.

Salve festa dies toto venerabilis ævo: Quâ Deus

infernum vicit, & astra tenet. ℟. Salve festa &c.



Ecce renascentis testatur gratia mundi, omnia

cum

cum Domino dona redîſſe ſuo. ℟. Quâ Deus &c.

Namque triumphanti poſt triſtia tartara Chriſto

undique fronde nemus, gramina flore favent.



℟. Salve feſta &c.

Intrando templum cantatur
in navi Eccleſiæ, incipiente Cantore.

Sedit Ange lus ad ſepulchrum Do mi ni,

ſto lâ clarita tis co o pertus: videntes

eum mulie res ni mi o terro re

per ter ri tæ a ſti te runt à lon gè.

Reſpondent duo de Choro:

Cantor cum reliquo Choro ſubjungit:

Tunc

Tunc rurſum illi duo de choro:

Recordamini quo mo do prædixit quia

oportet filium hominis crucifi gi,& ter-

tiâ die à morte ſuſcita ri.

Subjungit Cantor cum reliquo Choro:

Alle luja.

℣. Dicite in nationibus, alleluja.

℟. Quia Dominus regnavit à ligno alleluja.

Oremus.

Deus, qui omnes in Chriſto renatos, genus regium & ſacerdotale feciſti; da nobis & velle, & poſſe, quæ præcipis: ut populo ad æternitatem vocato, una ſit fides mentium, & pietas actionum. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. &c. ℟. Amen.

IN SECUNDIS VESPERIS EUNDO AD FONTEM CANITUR Responsorium.

No.

BENEDICTIO ESCULENTORUM;

Agni paschalis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus qui per famulum tuum Moysen in liberatione populi tui de Ægypto, agnum occidi jussisti, in similitudinem Domini nostri Jesu Christi, & utrosque postes domorum de sanguine ejusdem agni perungi præcepisti: ita bene ✠ dicere & sanctificare ✠ digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus, per resurrectionem ejusdem Domini

nostri Jesu Christi, qui tecum vivit & regnat in sæcula sæculorum.

℟. Amen. Et mox aspergat aquâ benedictâ.

BENEDICTIO PANIS.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Domine Jesu Christe panis angelorum, panis vivus æternæ vitæ, bene ✠ dicere dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto, ut omnes, ex eo gustantes, inde corporis & animæ percipiant sanitatem. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum.

℟. Amen. Et aspergat aquâ benedictâ

BENEDICTIO SEGETUM ET SEMINUM IN Festo S. Marci Evangelistæ.

SAcerdos exiens cum Clericis (si adsint) & populo, præcedente cruce, & cereis, superpelliceo ac stolâ ornatus, incipiat Litanias de omnibus SS. sicut habentur suprà in benedictione ignis pag. 218. quæ finitis dicat.

Kyrie eleîson. Christe eleîson. Kyrie eleîson.
Pater noster &c. Et ne nos inducas &c.

℣. Ad-

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Pietatem tuam quæsumus, omnipotens Deus, ut has primitias creaturæ, quas aëris & pluviæ temperamento nutrire dignatus es, bene ✠ dictionis tuæ imbre perfundas: tribuas populo tuo, de tuis muneribus, tibi semper gratias agere: ut egenus & pauper laudent nomen gloriæ tuæ. Per Christum &c. ℟. Amen.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, arbiter throni, qui molem terræ ex nihilo pendentem gubernas, & ad victum humani generis, corporisque sustentationem, agros operibus excolere jussisti: misericordiam tuam supplices exoramus, ut quidquid in hos agros salubris seminis satum atque plantatum est, respectu tuæ clementiæ prospicias: & aëris temperies moderare digneris, ut refecto atque absorpto omnium tribulorum atque spinarum squalore: efficias fruges fœcundas, & ad maturitatem perfectam tribuas provenire: ut nos famuli tui uberem tuorum donorum fructum, cum gratiarum

rum actione percipientes, debitas atque acceptas nomini tuo laudes referre mereamur. Per Christum &c. ℟. Amen.

Oremus.

Te Domine petimus ac rogamus, ut hos fructus seminum, frugum, frumenti, siliginis, hordei, avenæ, ac aliorum cujuscunque generis existant, tuis oculis serenis, hilarique vultu respicere digneris. Sicut enim testatus es Moysi famulo tuo, in terra Ægypti dicens: Dic filiis Israël cum ingressi fuerint terram promissionis: quam eis daturus sum: ut primitias frugum offerant sacerdotibus: & erunt benedictæ fruges: ita & nos oramus te Domine: ut auxilium gratiæ tuæ super nos, & hos fructus ad bene ✠ dicendum, proferendum concedas: ut non grando surripiat, non turbo subvertat, nec vis tempestatis detruncet, aëris siccitas exurat: non inundatio pluvialis exterminet: sed incolumes & superabundantes propter usum hominum ad plenissimam maturitatem perducere digneris. Per Christum Dominum &c. ℟. Amen.

Oremus.

Domine sancte pater omnipotens, æterne Deus: mitte Spiritum sanctum tuum cum Angelis & Archangelis tuis & cum eis omnes Sanctos & Electos tuos:

tuos: ut defendant segetes nostras à vermibus malis, & ab avibus: ut magnificetur nomen tuum Deus in omni loco. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Deinde Sacerdos circumeat agros vel partem eorum & aspergat aquâ benedictâ, dicatque tandem:

Et benedictio Dei omnipotentis Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritûs ✠ sancti descendat, & maneat super has fruges.

℟. Amen.

præmittit benedict. cùm fragum ex Ag. p.

BENEDICTIO HERBARUM IN FESTO ASSUMPTIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.

Ex Agenda Pad:

Sacerdos ante summum sacrum benedicit eas.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine sancte Pater omnipotens, qui ab

initio feciſti hominem ad imaginem tuam, & condidiſti cœlum & terram, ſolem & lunam, ſtellas & omnia cœleſtia & terreſtria: tu Domine dominaris poteſtati maris, tu habes poteſtatem abyſsi magnæ, tu condidiſti omnia elementa; tu bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris, has creaturas herbarum, ſicut benedixiſti quinque panes in deſerto, & duos piſces: & ſatiaſti quinque millia hominum virorum; omnesque, qui utentur eis bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare dignare: ut eis ſit ſanitas animæ & corporis in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritûs ✠ ſancti. Et ab omnibus hominibus pecoribusque, qui ex hoc guſtaverint, omnem putredinem & omne phantaſma diaboli amovere: & omnem morbum, & peſtilentiam, ac dolorem expellere digneris. Qui in Trinitate perfecta, vivis & regnas Deus, Per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Oremus.

Suppliciter ſancte pater, atque obnixis precibus tuam deprecamur clementiam, & qui mirabiliter cuncta ex nihilo creaſti, qui terram diverſa proferre germina præcepiſti, & varia medicamentorum genera ad ſananda generis humani corpora herbis indidiſti: bene-

✠ dice-

✠ dicere & sancti ✠ ficare has diversi generis herbas, tuâ pietate digneris: ut quicunque ex eis in hac solennitate venerabilis, ac sanctæ Dei Genitricis Mariæ sumpturi sunt, tam animæ quàm corporis sanitatem percipiant. Et intercedente eâdem B. Mariâ semper Vrgine, sic earum usu jucundentur salubriter, quatenus in tuorum unguentorum odore, paradisi januas adire mereantur, præstante Domino Deo nostro Jesu Christo. Qui tecum vivit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Oremus.

Deus qui universis generibus herbarum, humanis necessitatibus præstitisti remedia, hanc herbarum collectionem tuæ miserationis benedic ✠ dexterâ: ut quisque languore depressus, ex eis aliquid gustaverit, Ecclesiæ tuæ sanctæ repræsentatus, optatæ munus salutis te donante percipiat. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit &c

℟. Amen.

Responsorium.

Quod, ubi chorus servatur, ab eodem canitur:

Vidi ſpecioſam, ſicut columbam, aſcen-
dentem deſuper rivos aquarum, cujus in-
æſtimabilis odor erat nimis in veſti-
mentis e jus. Et ſicut dies verni cir-
cumdabant eam flores roſarum, & li-
li a convalli um. Verſus. Quæ eſt is-
ta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula
fumi ex aromatibus Myr rhæ &
thu ris. Et ſicut &c.

℣. Ora

℣. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Veneranda nobis hujus diei festivitas opem conferat sempiternam, in qua sancta Dei Genitrix mortem subiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quæ Filium tuum Dominum nostrum de se genuit incarnatum. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum.
℟. Amen.

Deinde herbæ thurificentur, & aquâ benedictâ aspergantur.

BENEDICTIO VINI, IN FESTO S. JOANNIS EVANGEL.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Initium sancti Evangelii secundùm Joannem.
℟. Gloria tibi Domine.
In principio erat Verbum. &c. pag. 29.
Sequentia S. Evangelii secundùm Joannem.
℟. Gloria tibi Domine.

In illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Jesu ibi. Vocatus est autem & Jesus & discipuli ejus ad nuptias. Et deficiente vino, dicit Mater Jesu ad eum: vinum non habent. Et dicit ei Jesus: quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater ejus ministris: quodcunque dixerit vobis, facite. Erant autem lapideæ hydriæ sex positæ, secundùm purificationem Judæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Jesus: implete hydrias aquâ. Et impleverunt eas usque ad summum. Et dicit eis Jesus: haurite nunc & ferte Architriclino: & tulerunt. Ut autem gustavit Architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat unde esset: ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum Architriclinus, & dicit ei: omnis homo primùm bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem servasti vinum bonum usque huc. Hoc fecit Jesus initium signorum in Cana Galilææ, & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli ejus.

℟. Laus tibi Christe.

Psalmus. 22.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocavit.

Super

Super aquam refectionis educavit me : animam meam convertit.

Deduxit me super semitas justitiæ : propter nomen suum.

Nam & si ambulavero in medio umbræ mortis non timebo mala : quoniam tu mecum es.

Virga tua & baculus tuus : ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, adversùs eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum : & calix meus inebrians quàm præclarus est?

Et misericordia tua subsequetur me : omnibus diebus vitæ meæ.

Et ut inhabitem in domo Domini : in longitudinem dierum.

Gloria Patri & Filio : & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc, &c.

Kyrie eleison, Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Ave Maria.

℣. Salvos fac servos tuos, & ancillas tuas.

℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Etsi mortiferum quid biberint.

℟. Non eis nocebit.

℣. Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus.

℟. Bea-

℟. Beatus homo qui sperat in eo.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus & pater Domini nostri Jesu Christi, cujus verbo cœli firmati sunt, cui omnis creatura deservit: & omnis potestas subjecta est, & metuit & expavescit: nos te ad auxilium nostrum invocamus; cujus audito nomine serpens conquiescit; draco fugit, & vipera silet: & subdola illa, quæ dicitur rana inquieta torpescit, scorpius extinguitur: regulus vincitur, araneus nihil noxium operatur: & omnia venenata, & adhuc ferociora animalia noxia terrentur: tu extingue omnes diaboli fraudes & omnes humano generi adversantes nequitias, & hunc potum per intercessionem beatissimæ Virginis Mariæ, & beati Joannis Apostoli tui & Evangelistæ, & omniũ Sanctorum tuorum meritis & intercessionibus: tuâ virtute bene ✠ dicito, ut omnes ex eo gustantes ab omni malo custodias: & ad regnum gloriæ tuæ perducas. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat, in unita-

unitate Spiritûs sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

Deus cujus potestate beatus Joannes Evangelista potum venenosum & toxicum digesit, benedicere, & confe crare digneris hanc creaturam vini: ut omnium ex eo gustantium, expulso omni gustu nocivo: infuso tuæ bene dictionis mysterio: sit in terris corporis & animæ remissio criminum, & in cœlis perpetua consolatio. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

Et benedictio Dei omnipotentis Pa tris, & Fi lii, & Spiritûs sancti descendat, & maneat super hanc creaturam vini.

℟. Amen.

BENEDICTIO TABERNACULI.

Pro conservanda sacra Eucharistia.

℣. Deus in adjutorium &c. Gloria Patri &c.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, majestatem tuam supplices deprecamur, ut vasculum hoc, pro corpore filii tui Domini nostri Jesu Christi, in eo condendo fabricatum, benedictionis tuæ gratiâ dicare digneris. Per eundem Dominum &c.

℟. Amen.

Deinde aspergit illud aquâ benedictâ.

BENEDICTIO TEGUMENTI ALTARIS.

℣. Deus in adjutorium &c.

℟. Domine ad adjuvandum &c. Gloria patri &c.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui fideli famulo tuo Moysi præcepisti, ut duos Cherubin super arcam testamenti collocaret, quam extensis ad alterutrum alis protegerent: quæsumus ineffabilem clementiam tuam, ut hoc tegumen venerandi altaris tui ad honorificentiam nominis tui compactum, placidus ac misericors illustratione vultûs tui bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris. Per Dominum nostrum &c.

℟. Amen.

℣. Do-

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Postea aspergit aquâ benedictâ.

BENEDICTIO DOMUS NOVÆ.

NBO.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Te Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, & habitatoribus ejus ac rebus; ut eam bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare, ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis, Domine, de rore cœli abundantiam, & de pinguedine terræ, vitæ substantiam; & desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum, bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac & Jacob: & intra parietes domûs istius Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque & ejus habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Deindè aspergat aquâ benedictâ.

BENEDICTIO DOMUS à DÆMONIO VEXATÆ.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui ſacerdotibus tuis præ cæteris tantam gratiam contuliſti, ut quidquid in tuo nomine dignè perfectèque abiis agitur, à te fieri credatur: quæſumus immenſam clementiam tuam, ut quod modò viſitaturi ſumus, viſites; & quidquid benedicturi, bene ✠ dicas: & ad ea quæ acturi ſumus, dexteram tuæ potentiæ extendas: fiatque ad noſtræ humilitatis ingreſſum & introitum, ſanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, & angeli pacis ingreſſus. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

Deinde Sacerdos legat pſalmos Graduales è Breviario, & proſequatur quinque primos, aquam benedictam aſpergendo per loca domûs, quibus finitis dicat:

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Pa-

Pater noſter.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Domum tuam Domine clementer ingredere, & in tuorum tibi corda fidelium perpetuam conſtrue manſionem: & præſta, ut in hac domo nulla malignorum ſpirituum dominetur nequitia. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

Deinde pſalmum Qui confidunt. cum aliis quatuor gradualibus ſequentibus, cum Gloria Patri. & ut priùs aſpergat aquam benedictam per domum, quibus finitis dicat:
Kyrie eleiſon &c. Pater noſter. ut ſuprà.
℣. Domine exaudi orationem meam.
Dominus vobiſcum.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui in omni loco dominationis tuæ totus aſsiſtis, totus operaris; adeſto ſupplicationibus noſtris, ut hujus domûs ſis protector, & nulla hìc nequitia contrariæ poteſtatis obſiſtat: ſed virtute Spiritûs ſancti & operatione fiat tibi hic purum ſervitium, & de-

vota libertas existat. Per Christum Dominum &c. ℟. Amen.

Postmodum incipiat Psalmum De profundis. & prosequatur ipsum, & alios graduales sequentes. Et interim aspergat domum aquâ benedictâ. Quibus completis dicat.

Kyrie eleison. Pater noster. &c. ut supra.

℣. Domine exaudi orationem meam.

Dominus vobiscum.

Oremus.

Deus qui in omni loco dominationis tuæ dedicator assistis, exaudi nos quæsumus, ut inviolabilis hujus domûs permaneat Bene ✠dictio, & beneficia tui muneris universitas, quæ supplicat, mereatur. Per Christum Dominum.

Postea in principaliori loco domûs legat Evangelium.

Dominus vobiscum.

Sequentia S. Evangelii secundùm Lucam.

In illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic erat Princeps Publicanorum, & ipse dives, & quærebat Jesum videre quis esset: & non poterat præturba, quia staturâ pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, ut videret eum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Jesus, vidit illum & dixit ad eum: Zachæe, festinans descende: quia hodie in domo

tua

tua oportet me manere. Et festinans descendit: & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant dicentes, quod ad hominem peccatorem divertisset. Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum, Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus : & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Ait Jesus ad eum: Quia hodie domui huic salus facta est: eò quòd & ipse sit filius Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere & salvum facere quod perierat.

Deinde benedicitur incensum isto modo:

Per intercessionem beati Michaëlis Archangeli, stantis à dextris altaris incensi, & omnium sanctorum Angelorum, incensum istud digneris Domine bene ✠ dicere, & in odorem suavitatis accipere. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Postea Sacerdos ponat incensum super ignem in thuribulo, & incenset domum dicendo:

℣. Incensum istud à te benedictum, ascendat ad te Domine.

℟. Et descendat super nos misericordia tua.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Te Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, & pro habitatoribus ejus: ut

ut eam bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris, ut sint promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud: tribue etiam eis de rore cœli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ subsidium: & desideria eorum ad effectum tuæ miserationis perducas: & ad introitum nostrum hanc domum bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris, sicut benedicere dignatus es Abraham, Isaac & Jacob: ut intra parietes domûs hujus, & angulos ejus inhabites. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Oremus.

Visita quæsumus Domine habitationem istam & omnes insidias inimici ab ea longè repelle: & Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant: & benedictio tua sit super eam semper. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii & Spiritûs ✠ sancti.

℟. Amen.

Postea domum & omnes habitantes in ea benedicat, dicens:

Et benedictio Dei omnipotentis Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritûs ✠ sancti descendat super hanc domum, & omnes habitantes in ea, & maneat semper.

℟. Amen.

BENEDICTIO IMPEDITORUM CONJUGUM.

FIt interdum (Deo hominum vindicante sive infidelitatem sive libidinem) ut vir & mulier maleficio impediti, à matrimonii usu impediantur. Ad quam depellendam noxam, conjuges, primùm omnium diligenti conscientiæ examine & confessione Sacramentali præmissâ, adibunt sacerdotem; qui lectâ missâ de Spiritu sancto aut Deipara Virgine Maria, sequentes subjiciet orationes.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Salvum fac servum tuum, & ancillam tuam.
℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Nihil proficiat inimicus in eis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.
℣. Esto eis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui in paradiso terrestri matrimonium instituisti in officium, & postmodum pro nobis homo factus, & ex virgine natus etiam in Sacramentum, & tuâ præsentiâ ac miraculorum tuorum primitiis dignan-

ter illustrasti: quæsumus, ut, per merita beatissimæ Virginis Mariæ, matris tuæ, N. Ecclesiæ nostræ patroni, omniumque Sanctorum & Sanctarum tuarum, hos conjuges, matrimonii Sacramento copulatos bene ✠ dicere, & ab omni ligamento, fascinatione & maleficio sathanæ, fœcunditatem & salutarem sobolis propagationem eis impertiendo, tuâ pietate liberare digneris. Qui cum Patre & sancto Spiritu vivis & regnas &c.

℟. Amen.

Deinde psalmi sequentes dicuntur.

Psalmus 1. Beatus vir, qui non abiit.

Psalmus 90. Qui habitat in adjutorio.

Psalmus 127. Beati omnes, qui timent Dominum.

Deinde preces sequentes.

Kyrie eleîson. Christe eleîson. Kyrie eleîson.

Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Salvum fac servum tuum & ancillam tuam.

℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Nihil proficiat inimicus in eis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.

℣. Esto

℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui beatæ semper Virginis Mariæ uterum mirabiliter fœcundasti, ut de Spiritu sancto verum Deum & hominem, Salvatorem nostrum Jesum Christum conciperet: imploramus clementiam tuam, ut his famulis tuis matrimonii nexu conjunctis, sublato omni dæmonis impedimento, & maleficio, salutarem matrimonii fructum largiri digneris. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum qui tecum vivit & regnat &c.

Deinde, benedicens utrique subiicit.

Creator cœli & terræ, qui primis parentibus, matrimonii fœdere sociatis, dixit: Crescite & multiplicamini, & replete terram; ille suâ vos benedictione, adversùs omnes diabolicas infestationes, fœcundet, atque multiplicet; & Christianæ sobolis salutarem propagationem, misericorditer vobis concedat, in nomine Pa ✠ tris & Filii & Spiritûs sancti. ℟. Amen.

DE PROCESSIONIBUS GENERALIA MONITA.

PUblicæ sacræque processiones seu supplicationes, quibus, ex antiquissimo SS. Patrum instituto, Catholicaque Ecclesia, vel ad excitandam fidelium pietatem vel ad commemorandaDei beneficia, eique gratias agendas, vel ad divinum auxilium implorandum, uti consuevit, quâ par est religione, celebrari debent : continent enim magna ac divina mysteria, & salutares Christianæ pietatis fructus, eas piè exequentes, à Deo consequuntur : de quibus fideles præmonere & erudire, quo tempore magis opportunum fuerit, parochorum officium est.

Videant in primis sacerdotes, aliique Ecclesiastici Ordinis, ut in his processionibus ea modestia ac reverentia, tum ab ipsis, tum ab aliis adhibeatur, quæ piis & religiosis hujusmodi actionibus maximè debetur.

Omnes decenti habitu, & superpelliceis, vel aliis sacris vestibus, sine galeris, nisi pluvia cogente, induti, graviter, modestè, ac devotè, bini suo lòco procedentes, sacris precibus ita sint intenti, ut remoto visu, mutuoque colloquio, & vago oculorum aspectu, populum etiam ad piè devoteque precandum invitent.

Laici à Clericis, fœminæ à viris separatæ, orantes prosequantur. Præferatur (non tamen à puella) Crux, &, ubi fuerit consuetudo, vexillum, sacris imaginibus insignitum, non tamen factum militari seu triangulari formâ.

Edendi ac bibendi abusum, secumve esculenta, & poculenta deferendi in sacris processionibus, agrisque lustrandis, & suburbanis Ecclesiis visitandis tollere Parochi studeant : ac fideles præsertim die Dominicâ quæ proximè ~~Rogationes~~ Supplicationes antecedit, quàm hæc dedeceat corruptela, sæpius admoneant.

Processiones prius fieri debent, deinde Missa solemniter celebrari : nisi aliter ob consuetudinem vel gravem causam interdum Ordinario vel Clero videatur.

Processiones autem quædam sunt ordinariæ, quæ fiunt certis diebus per annum ut in festo Purificationis Beatæ Mariæ semper Virginis, & in Dominica Palmarum, & in Litaniis majoribus in diebus S. Marci, & Rogationum, triduo ante Ascensionem Domini, & in

& in festo Corporis Christi, vel aliis diebus pro consuetudine Ecclesiarum.

Quædam verò sunt extraordinariæ, ut, quæ variis ac publicis Ecclesiæ de causis indicuntur. Ad Ordinarium loci spectat decernere atque edicere, quò & quâ viâ processiones dirigi, quasque ad Ecclesias nominatim produci debeant, ut statuit Sac. Congregatio Cardinal. ad Concil. Trident. * in decis. incip. Ad Episcopum in vers. in proces. publicis. Laicis est etiam interdictum de jure civili * facere processiones sine consensu Episcoporum; Ex quibus facilè quisque animadvertet, qua de causa aliquæ processiones, aut etiam quædam à laicis sine præhabito ordinarii consensu, in processionibus introducta fuerint per Visitatores nostros abrogata.

* *cap. 13. sess. 25. de reg.*

* *Authent. de SS. Episcop. §. omnibus autem laicis. colum. 9.*

ORDO PROCESSIONIS SOLENNIORIS.

PRimum locum occupant catecheticæ lectiones puerorum (qui vel nullam, vel talem frequentant scholam, quæ ad Ecclesiam certam non spectat, nec Clericis alicujus Ecclesiæ conjungitur) ac puellarum, si quæ sint, vexillis propriis distinctæ, ac suavibus melodiis Deum laudantes.

Deinde præcedunt Confraternitates laicorum, ante quamlibet sodalitatem, si plures sint, crux deferri debet, cum proprio vexillo propè summitatem hastæ appenso, ipsâ cruce quæ mediocris formæ esse debet superpositâ: velum illud sit cum imagine sancti sub quo sodalitas militat.

Rit. Rom. tit. de proces.

Tum sequuntur secundùm ordinem dignitatis vel antiquitatis religiosi, quilibet post suam crucem cum velo, in quo sanctus titularis, deferrique debet cum velo pendente ex decreto Sac. Congregat rituum * ad indicandam subjectionem & inferioritatem respectu Cleri sæcularis: eâdem ratione quâ baculo Abbatiali appenditur velum vel sudarium nodo ejusdem, ad differentiam baculi Episcopalis. Postmodum curiales & officiales portantes intortitia, inter quos nobiliores.

Gavant.

* *14. Jan. 1617.*

Cærem. Episcop. lib. 2. c. 33.

Deinde Clerus sæcularis (ita ut, si Clerus Cathedralis adsit, primò loco minister portans crucem Ecclesiæ cathedralis, inter duos cereferarios gestantes cereos accensos progrediatur) quam crucem sequuntur Clerici seminarii si adsint: & post eos curati Ecclesiarum

Cærem. Episcop. cit. loc.

Cærem. Episc. ibid.

tum Ecclesiæ Collegiatæ, singuli deferentes suam crucem cum hasta, junctis eidem cruci scholaribus ac choralibus, utpote ad moralem jusdem Ecclesiæ corpus pertinentibus commembris, si scholas proprias ac chorales habent: Ultimò incedit Ecclesiæ Cathedralis aut Metropolitanæ Clerus: in quorum fine dignitates cum pluvialibus.

Cærem. Episcop. Post Clerum sequuntur alii quidam cum facibus, superpelliceis induti, dein duo thuriferarii cum duobus thuribulis & naviculis thure repletis, continuò per viam processionis sanctissimum Sacramentum incensantes.

Post hos umbella sequitur sub qua sacerdos portans monstrantiam cum sanctissimo Sacramento, capite detecto incedit medius inter Diaconum & Subdiaconum, aut duos viros primarios, fimbrias anteriores pluvialis elevantes. *Cærem. Episcop. lib. 2. c. 33.* Ab utraque umbellæ parte aliqui Clerici superpelliceis induti, aut aliqui viri honesti decenter vestiti cum facibus accensis.

Post umbellam cæremoniarius cum socio, vel unus aut duo Clerici superpelliceis induti pro Sacerdotis circumgestantis sanctissimum Sacramentum, & processionis occurrente necessitate.

Tandem Magistratus & alii cives plebeji bini & bini, inter quos primum locum obtinent Principes & gubernatores, omnes detectis capitibus, devotè orantes: si gestent cereos, non extinguuntur nisi datâ cum venerabili Sacramento, benedictione.

In omnibus processionibus venerabilis Sacramenti, dum Sacerdos portans SS. Sacramentum discedit ab altari, Clerus incipit hymnum: Pange lingua &c. & per totam viam omnes debent esse aperto capite.

Ad processionem solennem benè instituendam necessarium quoque videtur, ut Magistratus loci in quo processio instituitur, tempestivè præmoneatur ad coërcendam impiorum insolentiam, impediendumque ne in via, per quam proceditur, esculenta aut poculenta vendantur, vel removendum alia, quæ devotionem veram impediunt.

Plateæ omnes quas transitura est processio, mundentur, ipsæque Ecclesiæ, & viarum parietes tapetibus, aulæis, frondibus, floribus, gramine, sacris imaginibus, quò ad fieri potest, decenter ornentur; figuris

figuris quibuscunque vanis, Augustissimo speciebus panis velato hospite indignis, procul amotis.

Processio autem cum sanctissimo Sacramento non tam longi itineris circuitu instituì debet, ne aut populi devotio languescat, aut compotationibus, aliisque indecoris factis occasio præbeatur; atque ita abbrevientur, ut omnis irreverentiæ tollatur occasio. Idcirco etiam in nuperis parochiarum ruralium visitationibus, ordinavimus ut ultra horæ unius spatium, SS. Sacramentum non circumferatur. Minimè etiam probanda est consuetudo exponendi SS. Sacramentum in majoribus festivitatibus Sanctorum, & ferè festis omnibus, mos enim ille adversatur cæremoniali Episcoporum, aliisque ritualibus. Attendendum enim est ne ob nimiam exponendi frequentiam cultus ei debitus & honor minuatur, quod ex frequentissima expositione evenit: dum sine sufficiente Clericorum numero, cantu, thurificatione, luminaribus sufficientibus &c. perfunctoriè exponitur. Ea de causa Illustrissimus D. Cardinalis *Nicolaus Cusanus* in hac Trevirensi Diœcesi oriundus, à seminarii Clericorum ac hospitalis fundatione clarus, in synodo Coloniæ habita statuit ut per annum, solummodò in octava SS. Sacramenti, & ultrà, unicâ tantummodo vice in processione circumferretur. *Anno 1451.*

PROCESSIO IN FESTO PURIFICAT. B. M. VIRG.

habetur supra, pag. 177.

PROCESSIO IN DIE CINERUM.

de qua dictum est supra, pag. 184.

EA fit absque vexillis, prælata solùm cruce in hasta, & fit circa templum, vel intra ambitum templi, sub decantatione sequentis responsorii: eâque intra templum reversâ sacerdos ante summum altare in genua provolutus, canit Litanias de omnibus SS. quæ habentur supra in benedictione ignis sabbatho paschæ pag. 218.

Respons.

Respons. Emendemus in melius quæ ignoran-

ter pec cavi mus, ne subitò præoccupa-

ti die mortis quæramus spatium pœnitentiæ

& invenire non possimus. Attende Do-

mi ne & misere re, quia peccavi-

mus ti bi Vers. Peccavimus cum patribus

nostris, injustè egimus, iniquita tem fe ci-

mus. Attende &c. Gloria,

DE PROCESSION. in die Palmarum. pag. 193.
in nocte, & festo Paschæ. pag. 256

PRO-

PROCESSIO IN DIE S. MARCI.

Et in diebus Rogationum.

CLerus & populus horâ ſtatutâ manè in Eccleſia congregati, omnes contrito & humili corde Deum flexis genibus pauliſper precentur. Sacerdos pluviali cum miniſtris, vel ſaltem ſuperpelliceo & ſtolâ violacei coloris ſit indutus, cujus coloris habitu in reliquis proceſſionibus ſemper utatur, præterquam in proceſſionibus Corporis Chriſti, & quæ fiunt ſolennibus diebus, vel in gratiarum actionem, quibus diebus utitur colore propriæ ſolennitati congruenti. Cæteri verò ſacerdotes & Clerici, ſi adſint, ſuperpelliceis induti ſequentem antiphonam ſtantes concinant.



Exurge Domine &c. Deinde genuflectant omnes: duo Clerici, vel ubi tot non habentur, duo cantores aut chorales, ante altare majus genuflexi, devotè Litanias de omnibus SS. ut ~~ſuprà de bened. ignis, pag. 218.~~ cantare incipiant, cæteris eâdem voce reſpondentibus: cum autem cantatum erit.

modo est tunc qui habet in miſſali Roman. in Sabbatho S.

Sancta Maria, Ora pro nobis.

Surgunt omnes, & ordinatim procedunt, egredientes, Litaniasque prosequentes, præcedente cruce, & sequente Clero, si adsit, ultimo loco sacerdos paratus, ut supradictum, cum ministris, prout res vel locus postulat.

Si processio sit longior, Litaniis usque ad preces exclusivè absolutis, dici possunt aliqui psalmi ex pœnitentialibus vel gradualibus, Hymni verò seu cantica lætitiæ in rogationibus, vel aliis pœnitentiæ causâ institutis processionibus, non dicantur.

Si ad Ecclesiam in via sit divertendum, ingressis Ecclesiam, intermissis etiam Litaniis vel Psalmis, cantatur Antiph. cum Versu & oratione sancti Patroni illius Ecclesiæ.

PROCESSIO IN FESTO SANCTISSIMI CORPORIS CHRISTI.

ORdo processionis formari potest ex descripto superiùs ordine processionis solennioris pag. 284. quo instituto, sacerdos pluviali albo indutus ter incensat Sacramentum genuflexus. Si vero Diaconus adsit, decens velum scapulis sacerdotis circumponere poterit, qui parte veli illius ante pectus pendente, utrâque manu coopertâ, monstrantiam à Diacono sibi porrectam in supremo altari genuflectens suscipit, mox assurgit, & ad altare accedit, ac eâdem augustissimo Sacramento vertit se ad populum, & thuribulum vel thuribula præferuntur. Dum discedit ab altari, Clerus, vel sacerdos cantare incipit hymnum, Pange lingua glorioſi &c. Quo inchoato processio in viam se dat & progreditur. Omnes procedent nudo capite, & hymnum devotè prosequentes, etiam in via: Lauda Sion Salvatorē &c.

vel

vel sacris solenniis juncta sint gaudia &c. decantare per vices possunt.

Evangelium primum. Ad Altare primum.

POstquam ad primum altare pervenerit processio, Diaconus si adsit, cum debita reverentia & genuflexione, de manu sacerdotis stantis accipiet SS. Sacramentum, & illud super altare collocabit, aliàs sacerdos ipse deponit reverenter, & thurificat Sacramentum, dein Diaconus genuflexus ante venerabile Sacramentum dicit: Munda cor meum &c. & accepto libro ex Altari cum debita reverentia ante officiatorem, dicit: Jube Domine benedicere &c. habitâ benedictione decantat, Subdiacono, si adsit, librum tenente, Evangelium primum.



℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.



Initium sancti Evangelii secundùm Matthæum.

Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham: Abraham genuit Isaac: Isaac autem genuit Jacob: Jacob autem genuit Judam & fratres ejus: Judas autem genuit Phares & Zaram de Thamar: Phares autem genuit Esron: Esron autem genuit Aram: Aram autem genuit Aminadab: Aminadab autem genuit Naason: Naason autem genuit Salmon: Salmon autem genuit Booz de Rahab: Booz autem genuit Obed ex Ruth: Obed

autem genuit Jesse: Jesse autem genuit David regem: David autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ. Salomon autem genuit Roboam: Roboam autem genuit Abiam: Abias autem genuit Joram: Joram autem genuit Oziam: Ozias autem genuit Joathan: Joathan autem genuit Achaz: Achaz autem genuit Ezechiam: Ezechias autem genuit Manassen: Manasses autem genuit Amon: Amon autem genuit Josiam: Josias autem genuit Jechoniam, & fratres ejus in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Jechonias genuit Salathiel: Salathiel autem genuit Zorobabel: Zorobabel autem genuit Abiud: Abiud autem genuit Eliacim: Eliacim autem genuit Azor: Azor autem genuit Sadoch: Sadoch autem genuit Achim: Achim autem genuit Eliud: Eliud autem genuit Eleazar: Eleazar autem genuit Mathan: Mathan autem genuit Jacob: Jacob autem genuit Joseph, virum Mariæ, de qua natus est Jesus qui vocatur Christus.

Sacerdos osculatur librum sibi delatum, dicens: Per Evangelica dicta deleantur nostra delicta. Amen. & incensatur more solito à Diacono:

Officiator ante venerabile in genua provolutus canit: Peccatores!

Chorus respondet: Te rogamus audi nos.

Officia-

Officiator: Ut Pontificem nostrum N. & Antistitem nostrum N. unà cum grege commisso in sancta religione conservare digneris.

Chorus resp. Te rogamus audi nos.

Si statio sit propè aliquam Ecclesiam, ejusdem patroni fit memoria cum versu: Ora pro nobis S. N. & Chorus respondet: Ut digni efficiamur promiss. &c.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, te supplices exoramus, famulum tuum Pontificem nostrum N. & antistitem nostrum N. unà cum grege illis commisso ab omnibus erroribus & adversitatibus custodi.

Ecclesiæ tuæ quæsumus Domine preces placatus admitte, ut destructis adversitatibus & erroribus universis, secura tibi serviat libertate.

Si, ut suprà, sit apud Ecclesiam additur tertia collecta de ejus Ecclesiæ patrono: & concluditur.

Per Dominum nostrum &c. ℟. Amen.

Deinde Officiator imponit thus absque benedictione in thuribulum, genuflectit & thurificat venerabile Sacramentum ~~prout suprà in exitu processionis annotatum est.~~

Ad secundum Altare.

Cum pervenerit processio, fiunt omnia sicut ad stationem primam, habitâque benedictione canitur:

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Initium S. Evangelii secundùm Marcum.

℟. Gloria tibi Domine.

Initium Evangelii Jesu Christi Filii Dei, sicut scriptum est in Isaia Propheta: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto: parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Fuit Joannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Judææ regio & Jerosolymitæ universi, & baptizabantur ab illo in Jordanis flumine, confitentes peccata sua. Et erat Joannes vestitus pilis cameli; & zona pellicea circa lumbos ejus: & locustas & mel silvestre edebat. Et prædicabat dicens: venit fortior me post me; cujus non sum dignus procumbens solvere corigiam calceamentorum ejus. Ego baptizavi vos aquâ: ille verò baptizabit vos Spiritu sancto.

Sacerdos librum Evangeliorum ~~sibi denuò delatum~~ osculatur dicens: per Evangel. dicta &c. & incensatur, sicque fit deinceps post reliqua Evangelia.

Officiator ante Venerabile Sacramentum provolutus canit: Peccatores!

Chorus

Chorus resp. Te rogamus audi nos.

Officiator. Ut Imperatori nostro N. Regibus & Principibus Christianis, pacem & veram concordiam largiri digneris.

Chorus resp. Te rogamus audi nos.

Officiat. Vers. Fiat pax in virtute tua.

Chor. resp. Et abundantia in turribus tuis.

Oremus.

Deus regnorum omnium, & Christiani maximè protector Imperii, da servo tuo Imperatori nostro N. triumphum virtutis tuæ scienter excolere, ut qui tuâ constitutione est princeps, tuo munere semper sit potens.

Deus à quo sancta desideria, recta consilia & justa sunt opera; da servis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem, ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublatâ formidine, tempora sint tuâ protectione tranquilla.

Deus refugium nostrum & virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus author ipse pietatis, & præsta, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum &c.

℟. Amen. Et Officiator ante Venerabile provolutus illud incensat ut suprà ad altare primum.

Ad tertium Altare.

Omnia ut suprà, ad altaria priora, servantur.

℣. Do-

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
Initium S. Evangelii secundùm Lucam.
℟. Gloria tibi Domine.

Fuit in diebus Herodis regis Judææ, sacerdos quidam, nomine Zacharias, de vice Abia; & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen ejus Elisabeth. Erant autem justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & justificationibus Domini sine querela. Et non erat illis filius, eò quòd esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum, secundùm consuetudinem sacerdotii, sorte exiit ut incensum poneret, ingressus in templum Domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris horâ incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans à dextris Altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas, Zacharia; quoniam exaudita est deprecatio tua: & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem: & erit gaudium tibi & exultatio: & multi in nativitate ejus gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino; & vinum & siceram non bibet: & Spiritu

sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ : & multos filiorū Israël convertet ad Dominum Deū ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ: ut convertat corda Patrum in filios, & incredulos ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam.

Sacerdos officiator denuò osculatur librum ad se delatum dicens : Per Evangelica dicta &c. & incensatur : & ante Venerabile provolutus canit: Peccatores!

Chorus resp. Te rogamus audi nos.

Officiator: Ut fructus terræ nobis dare, & conservare digneris.

Chorus resp. Te rogamus audi nos.

Officiat. Fiat misericordia tua super nos.

Chorus. Quemadmodum speravimus in te.

Oremus.

Clementiam tuam omnipotens Deus supplicíter deprecamur, ut benedicere, visitare, & irrigare digneris fruges, & fines servorum tuorum, noxias tempestates amoveas, inundationem coërceas imbrium, spirituales repellas nequitias, aërem salubrem indulgeas: & ab omni nos inimicorum infestatione in pace defendas, quos corpore & sanguine filii tui à morte perpetua redemisti.

Deus qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti; tribue quæ-

sumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus.

Pateant aures tuæ misericordiæ omnipotens Deus, precibus supplicantium, & ut petentibus desiderata concedas, fac eos quæ tibi sunt placita postulare. Per Dom.

℟. Amen. Et Officiator ante venerabile Sacramentum genuflexus ut suprà incensat &c.

Ad quartum Altare.

Servatis servandis ut suprà, ~~delato libro,~~ dato & dicto: Munda cor meum &c:

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Initium S. Evangelii secundùm Joannem.

℟. Gloria tibi Domine.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum &c. suprà pag. 29.

Finito Evangelio sacerdos denuò osculatur librum dicens: per Evangelica dicta deleantur &c.

Ante venerabile Sacramentum provolutus in genua canit:

Peccatores!

Chorus: Te rogamus audi nos.

Officiator: Ut locum hunc à fulgure & tempestate peste, fame, bello, & omnibus malis præservare digneris.

Chorus

Chorus resp. Te rogamus audi nos.

Si sit in cœmeterio: Ut animabus omnium fidelium defunctorum propitiari digneris.

Chorus resp. Te rogamus audi nos.

℣. Domine non secundùm peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.

Oremus.

Benedic Deus omnipotens locum istum, ut sit in eo sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas & mansuetudo, plenitudo legis, & gratiarum actio Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto; & hæc benedictio maneat super hunc locum, & super habitantes in eo, nunc & in sæcula sæculorum.

Parce Domine parce populo tuo, & nullis nos patiaris adversitatibus, bellis, morbis, tempestatibus, ac periculis fatigari, quos pretioso filii tui Domini nostri JESU CHRISTI. corpore & sanguine redemisti.

Absolve quæsumus Domine animas fidelium tuorum hìc & ubique in Christo quiescentium ut defuncti sæculo tibi vivant, & quæ per fragilitatem carnis, humanâ conversatione peccata commiserunt, tu veniâ misericordissimæ pietatis clementer indulge. Per Dominum.

℟. Amen. Et incensatur ut suprà, & rediit processio ad

Ecclesiam: ubi habetur sacrum, nisi antè habitū fuerit dein can. eo finito canitur: Te Deum laudamus. quo absoluto omnes genuflectunt: sacerdos adorato & incensato Venerabili Sacramento canit cum eo ad populum conversus.

Tantum ergò &c. Genitori genitoque &c.

Respondente choro reliquos versus ut moris est, datâque benedictione reponitur monstrantia in tabernaculum, atque à sacerdote clauditur.

PROCESSIO IN DIE ANIMARUM.

IN parochiis pridie animarum post vesperas Defunctorum decantatas, sicut & in ipsa animarum die, instituitur processio per Ecclesiam totam & cœmeterium, Pastorque aspergit omnia sepulchra, cantanturque responsoria, primi, vel etiam tertii nocturni officii Defunctorum, & quando pervenitur ad ossuarium recitatur Psalmus Miserere mei Deus &c. vel De profundis &c. cum collecta: Deus in cujus miseratione &c. ut sequitur.

In reditu ad Ecclesiam, ante altare majus cantatur: Respons. Libera me &c. ut suprà pag. 112. Deinde

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. secretò.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

Dominus vobiscum.

Ore-

Oremus.

Deus in cujus miſeratione, animæ fidelium requieſcunt, famulis & famulabus tuis omnibus, hìc & ubique in Chriſto quieſcentibus, da propitius veniam peccatorum, ut à cunctis reatibus abſoluti, tecum ſine fine lætentur.

Fidelium Deus omnium, conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remiſsionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui vivis & regnas cum Deo patre in unitate &c.

Requieſcant in pace. ℟. Amen.

PROCESSIO AD PETENDAM PLUVIAM.

AGantur omnia ut ſupra in Litaniis majoribus in diebus Rogationum uſque ad finem Litaniarum, in quarum precibus poſt Verſum: Ut fructus terræ &c. bis dicitur: Ut congruentem pluviam fidelibus tuis concedere digneris. ℟. Te rogamus audi nos.

In fine dicitur: Pater noſter. ſecretò.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

Pſalmus 146.

Laudate Dominum, quoniam bonus eſt pſalmus: Deo noſtro ſit jucunda decoraq; laudatio. &c.

Dein preces: Operi Domine cœlum nubibus.

℟. Et para terræ pluviam.

℣. Ut producat in montibus fœnum.

℟. Et herbam servituti hominum.

Domine exaudi orat. Dominus vobiscum.

Oremus.

Deus in quo vivimus, movemur & sumus, pluviam nobis tribue congruentem, ut præsentibus auxiliis sufficienter adjuti, sempiterna fiducialiùs appetamus.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut qui in afflictione nostra, de tua pietate confidimus, contra adversa omnia, tuâ semper protectione muniamur.

Da nobis quæsumus Domine pluviam salutarem, & aridam terræ faciem, fluentis cœlestibus dignanter perfunde. Per Dom.

Dominus vobiscum. Benedicamus Domino.

Exaudiat nos omnipotens & misericors Dominus.

℟. Amen. Et fidelium animæ per miseric. &c.

PROCESSIO AD SERENITATEM.

OMnia ut suprà ~~in Litaniis majoribus~~, & bis dicatur: Ut fidelibus tuis aëris serenitatem concedere digneris! ℟. Te rogamus audi nos.

In fine dicitur Pater noster &c. Et ne nos inducas.

Psalmus

Psalmus. 66.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. &c.

℣. Adduxisti Domine spiritum tuum super terram.

℟. Et prohibitæ sunt pluviæ de cœlo.

℣. Cum obduxero nubibus cœlum.

℟. Apparebit arcus meus, & recordabor fœderis mei.

Domine exaudi orat. Dominus vobiscum.

Oremus.

Deus qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

Ad te nos Domine clamantes exaudi, & aëris serenitatem, nobis tribue supplicantibus, ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, misericordiâ tuâ præveniente clementiam sentiamus.

Quæsumus omnipotens Deus clementiam tuam, ut inundantiam coërceas imbrium, & hilaritatem vultûs tui nobis impertiri digneris. Per Dom.

PRO-

PROCESSIO AD TEMPESTATES AVERTENDAS.

Compulsantur campanæ omnes, & in Litaniis ut suprà notatum est, bis dicitur: A fulgure & tempestate. Post Litanias & orationem Dominicam.

Psalmus 147.

Lauda Jerusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion. &c. eo psalmo finito. ℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

℟. Et salutare tuum da nobis.

℣. Adjuva nos Deus salutaris noster.

℟. Et propter gloriam nominis tui libera nos.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis,

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣. Fiat misericordia tua Domine super nos.

℟. Quemadmodum speravimus in te.

℣. Salvum fac populum tuum Domine.

℟. Et benedic hæreditati tuæ.

Domine exaudi orat. Dominus vobiscum.

Oremus.

Deus, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris: preces

preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

A domo tua, quæsumus Domine, spirituales nequitiæ repellantur, & aërearum discedat malignitas tempestatum.

Omnipotens sempiterne Deus, parce metuentibus, propitiare supplicibus; ut post noxios ignes nubium, & vim procellarum, in misericordiam transeat laudis comminatio tempestatum.

Domine JESU, qui imperasti ventis & mari, & facta fuit tranquillitas magna, exaudi preces familiæ tuæ, & præsta; ut hoc signo sanctæ Crucis ✠ omnis discedat sævitia tempestatum.

Omnipotens & misericors Deus, qui nos castigando sanas, & ignoscendo conservas: præsta supplicibus tuis; ut & tranquillitatibus optatæ consolationis lætemur, & dono tuæ pietatis semper utamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

~~Aspergatur locus aquâ benedictâ.~~

~~PRECES DICENDÆ~~ Processio TEMPORE PENURIÆ ET FAMIS.

AGuntur omnia ut suprà ~~in Litaniis majoribus~~, usque ad finem Litaniarum, in quarum precibus bis dicitur: Ut fructus

terræ dare & conservare digneris. Post Litanias dicitur, Pater noster &c. Psalm. Dominus regit me &c.

℣. Domine non secundùm peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Oculi omnium in te sperant Domine.

℟. Et tu das illis escam in tempore opportuno.

℣. Memento congregationis tuæ.

℟. Quam possedisti ab initio.

℣. Dominus dabit benignitatem.

℟. Et terra nostra dabit fructum suum.

℣. Dom. exaudi orat. ℟. Et clamor &c.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Ineffabilem nobis Domine misericordiam tuam clementer ostende, ut simul nos à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Da quæsumus Domine, piæ supplicationis effectum, & famem propitiatus averte, ut mortalium corda cognoscant, & te indignante, talia flagella prodire, & te miserante cessare.

Popu-

Populum tibi subditum, pro peccatis suis fame laborantem, ad te Domine, converte propitius; qui quærentibus regnum tuum omnia adjicienda esse dixisti. Qui vivis & regnas cum Deo patre &c.

PROCESSIO TEMPORE MORTALITATIS ET PESTIS.

Fiat ut suprà, et in Litaniis majoribus, & post ℣. Ab ira tua. dicatur bis: A peste & fame. ℟. Libera nos Domine; & post Versum. Ut fructus &c. dicitur, Ut à pestilentiæ flagello nos liberare digneris &c. In fine Litaniarum dicitur Pater noster &c. ℣. Et ne nos inducas &c.

Psalm. Domine ne in furore tuo arguas me &c. pag. 207.

℣. Domine non secundùm peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Adjuva nos Deus salutaris noster.

℟. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.

℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.

℟. Citò anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.

℣. Ora pro nobis S. Sebastiane. S. Roche et S. Rosalia

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Domine exaudi orat.

℟. Dominus vobiscum.

Oremus.

Exaudi nos Deus salutaris noster, & intercedente beata & gloriosa Dei genitrice Maria, ~~& beato~~ Sancto Sebastiano Rocho Rosalia ~~martyre tuo~~, & omnibus Sanctis, populum tuum ab iracundiæ tuæ terroribus libera, & misericordiæ tuæ fac largitate securum.

Propitiare Domine supplicationibus nostris, & animarum corporumque medere languoribus, ut remissione perceptâ, in tua semper benedictione lætemur.

Da nobis Domine piæ petitionis effectum, & pestilentiam mortalitatemque propitiatus averte, ut mortalium corda cognoscant, & te indignante talia flagella prodire, & te miserante cessare. Per Dominum &c.

PRECES DICENDÆ TEMPORE BELLI.

Peractis omnibus ut suprà ~~in majoribus Litaniis,~~ ad finem Litaniarum dicitur, Pater noster &c.

℣. Et

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.

Psalmus. 45.

Deus noster refugium & virtus: adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis. &c.

finito psalmo: Vers. Exurge Domine adjuva nos.
℟. Et libera nos propter nomen tuum.
℣. Salvum fac populum tuum Domine.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Arcum conteret & confringet arma.
℟. Et scuta comburet igni.
℣. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere nos.
℣. Domine exaudi orationem meam. &c.
℣. Dominus vobiscum.

Oremus.

Deus qui conteris bella, & impugnatores in te sperantium, potentiâ tuæ defensionis expugnas, auxiliare famulis tuis, implorantibus misericordiam tuam, ut inimicorum suorum feritate depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus.

Deus à quo ſancta deſideria, recta conſilia & juſta ſunt opera, da ſervis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacem, ut & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublatâ formidine, tempora ſint tuâ protectione tranquilla.

Hoſtium quæſumus Domine, elide ſuperbiam & eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute proſterne. Per Dom. noſtrum Jeſum &c.

Si verò bellum eſt contra Turcas, & alios infideles ~~& hæreticos~~, inter preces Litaniarum bis dicatur: Ut inimicos S. Eccleſiæ humiliare digneris. ℟. Te rogamus audi nos. & addatur: Ut Turcarum ~~(vel hæreticorum)~~ conatus reprimere, & ad nihilum redigere digneris &c. & dicto Pater noſter &c. dicatur.

Pſalmus 78.

Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum; poſuerunt Jeruſalem in pomorum cuſtodiam.

quo pſalmo finito.

℣. Salvos fac ſervos tuos.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Eſto nobis Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiet inimicus in nobis.

℟. Et

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Hostium nominis tui Domine, elide superbiam.
℟. Et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne.
℣. Fiant tanquam pulvis ante faciem venti.
℟. Et angelus Domini persequatur eos.
℣. Effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt.
℟. Et in regna quæ nomen tuum non invocaverunt.
℣. Mitte nobis auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere nos.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℣. Dominus vobiscum.

Oremus.

Da quæsumus Ecclesiæ tuæ misericors Deus, ut sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur.

Deus qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur averte.

Omnipotens sempiterne Deus, in cujus manu sunt omnium potestates, & omnium jura regnorum,

rum, respice in auxilium Christianorum, ut gentes Turcarum, (~~seu hæreticorum~~) quæ in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentiâ conterantur. Per Dominum &c.

PROCESSIO IN QUACUNQUE TRIBULATIONE.

SErvatis omnibus, ut suprà, in Litaniis majoribus, ac finitis Litaniis dicitur, Pater noster &c. ℣. Et ne nos inducas in tentationem.

Psalmus. 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis &c. in fine, Gloria patri &c. vel

Psalmus. 90.

Qui habitat in adjutorio altissimi &c.

Eo psalmo finito dicuntur, ℣. Deus refugium nostrum & virtus.

℟. Adjutor in tribulationibus.

℣. Salvos fac servos tuos Domine.

℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis.

℟. Miserere nobis.

℣. Adjuva nos Deus salutaris noster.

℟. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.

℣. Do-

℣. Domine exaudi orat. &c.
℣. Dominus vobiscum.

Oremus.

Ne despicias omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem, sed propter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus.

Ineffabilem misericordiam tuam, Domine nobis clementer ostende, ut simul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis quas pro his meremur eripias.

Concede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus, perpetuâ mentis & corporis sanitate gaudere, & gloriosâ beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitiâ & æternâ perfrui lætitiâ.

Tribulationem nostram quæsumus Domine, propitius respice, & iram tuæ indignationis, quam justè meremur, averte.

Deus refugium nostrum & virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus, author ipse pietatis, & præsta, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum &c.

PROCESSIO PRO GRATIARUM ACTIONE.

Initio processionis cantatur hymnus.

Te Deum laudamus.

NB omitta 13

TE Deum laudamus : te Dominum confitemur.

Te æternum patrem : omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli : tibi cœli & universæ potestates.

Tibi Cherubin & Seraphin : incessabili voce proclamant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus : Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt cœli & terra : majestatis gloriæ tuæ.

Te glorioſus Apostolorum chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum, sancta confitetur Ecclesia.

Patrem immensæ majestatis.

Venerandum tuum verum & unicum filium.

Sanctum quoque paraclitum spiritum.

Tu rex gloriæ Christe.

Tu patris sempiternus es filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti Virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo : aperuisti credentibus regna cœlorum.

Tu

Tu ad dexteram Dei sedes: in gloria patris.

Judex crederis esse venturus.

Te ergo quæsumus tuis famulis subveni: quos pretioso sanguine redemisti.

Æternâ fac cum Sanctis tuis: in gloriâ numerari.

Salvum fac populum tuum Domine: & benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos, & extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum: & in sæculum sæculi.

Dignare Domine die isto: sine peccato nos custodire.

Miserere nostri Domine: miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos: quemadmodum speravimus in te.

In te Domine speravi: non confundar in æternum.

Deinde dici poterunt psalmi, qui sequuntur, prout tempus feret.

Psalmus. 65.

Jubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini ejus: date gloriam laudi ejus. &c.

Psalmus. 80.

Exultate Deo adjutori nostro : jubilate Deo Jacob. &c.

Psalmus. 95.

Cantate Domino canticum novum : cantate Domino omnis terra. &c.

Psalmus. 99.

Jubilate Deo omnis terra : servite Domino in lætitia. &c.

Psalmus. 102.

Benedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto ejus. &c.

Psalmus. 116.

Laudate Dominum omnes gentes. &c.

Vel

Laudate Dominum de cœlis. &c.

Vel Canticum Daniel. 3.

Benedicite omnia opera Domini Domino. &c.

Vel Canticum Zachariæ. Luc. 1.

Benedictus Dominus Deus Israël. &c. pag. 179.

Hæc supradicta prout longitudo itineris postulaverit, ex parte solùm cantari possunt. Deinde in Ecclesia ubi fit statio ante altare dicuntur sequentes Versus.

℣. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum.

℟. Et laudabilis & gloriosus in sæcula.

℣. Benedicamus patrem & filium cum S. Spiritu.

℟. Lau-

℟. Laudemus & superexaltemus eum in sæcula.
℣. Benedictus es Domine in firmamento cœli.
℟. Et laudabilis, & glorioſus & superexaltatus in sæcula.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℣. Dominus vobiscum.

Oremus.

Deus cujus misericordiæ non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus: piissimæ majestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes, ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens ad præmia futura disponas.

Deus qui corda fidelium sancti Spiritûs illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

Deus qui neminem in te sperantem nimiùm affligi permittis, sed pium precibus præstas auditum: pro postulationibus nostris, votisque susceptis gratias agimus, te humiliter deprecantes, ut à cunctis semper muniamur adversis. Per Dominum &c.

DE PRECIBUS QUA-DRAGINTA HORARUM.

ANtiqua consuetudo in Ecclesia Dei certis horis orandi in SS. litteris fundata, tandem ad 40. horas per tres dies continuos distributas piorum ac sanctorum virorum religione ac zelo, præsertim S. Caroli Borromæi Archi-Episcopi Mediolanensis & S. R E. Cardinalis pietate augmentum sumpsit, quam etiam Summi Pontifices indulgentias plenarias concedendo, ut scilicet, eò magis per pœnitentiam Deo conjungerentur, mirè per totum terrarum orbem promoverunt. Eo scilicet consilio, ut in memoriam Christi Salvatoris nostri fieret, qui 40. diebus quievit in stabulo, oravit & jejunavit in solitudine, idque tempus exegit post resurrectionem suam, per dies 40. apparens Apostolis suis, & loquens de regno Dei.

Act. 1. v. 3. Nec sine singulari fructu tam spirituali, quàm temporali id factum est, plurima enim extant exempla, non solùm multa millia animarum ad salutem æternam hâc oratione perducta, ac vitia eradicata, consolationes etiam in adversitatibus animi, à Deo impetratas esse; verùm integræ urbes ac provinciæ ab hostibus defensæ, à periculis liberatæ, à peste & fame conservatæ &c. abundè testantur.

Hanc igitur orationem Roma postmodum cœpit per totius anni spatium in singulis Ecclesiis certo ordine præscripto continuam indicere & observare.

Ut autem ordinatè omnia decenterque & cum fructu præsertim spirituali fiant, sequens modus ab Ecclesiarum lectoribus, parochis & parochianis in omnibus observandus erit.

1. Decretum à superioribus editum, quo preces hæ mandantur, legatur præcedenti dominicâ vel festo post concionem, populus ad seriam peccatorum confessionem & communionem excitetur: etiam ad lucrandas indulgentias, si à sede Apostolica pro iis precibus sint concessæ.

2. Pri-

2. Pridie ejus diei 40. horarum preces sunt inchoandæ, in illa Ecclesia ubi servandæ sunt, circa vesperum, sicut & singulis sequentibus diebus manè ad expositionem venerabilis Sacramenti, & repositionem ejusdem, vesperi, compulsabuntur omnes campanæ ejusdem Ecclesiæ. Similiter circa finem cujusque horæ precum dabitur signum cum aliqua ex majoribus campanis, ut ii quorum interest, accuratiùs accedere, & alii recedere possint.

3. Rectores Ecclesiarum in urbibus per tribus opificum, aut platearum singularum incolas, aut alio meliore modo, singulas horas hoc triduo ita distribuant, ut quâlibet horâ iuxta partitionem propiùs altare compareant, etiam quandoque Litanias cantando, rosarium altâ voce recitando &c.

4. Non intermittant pro majore in Deum charitate, & in patriam pietate, vicinos tam Clericos quàm religiosos humaniter invitare, quos inter etiam sint qui sacrum ibi pro sua commoditate legant.

5. Manè horâ quintâ exponatur Venerabile Sacramentum, hoc modo, sacerdos indutus superpelliceo & stolâ, ac etiam pluviali (si haberi possit) comitantibus, si adsint, Ecclesiasticis personis, procedit è sacristia, præcedentibus ceroferariis versus summum altare, in infimo gradu genuflexus parum orat, surgens aperit tabernaculum, factâ ad terram usque reverentiâ, mox stans imponit incensum, nec hoc custodem facere permittat, incensat triplici ductu, surgens utrâque manu accipit Venerabile, facie ad populum versâ canit: Tantum ergo &c. unicâque datâ benedictione illud reponit inter candelas seu cereos utrimque ad minimùm duos, genuflexus denuò incensat, post hæc statim prosequitur Litanias cum Versibus & orationibus supranotatis.

6. Quibus finitis faciat aliquid piè cantari à populo, postea recedat, remanentibus tamen illis qui ad illam horam sunt designati.

7. Sacrum summum his diebus cantabitur pro necessitatibus

tibus Ecclesiæ, ante illud autem denuò Litaniæ sicut manè factum est.

§. Horâ quintâ usque ad sextam vespertinam, sed tertio seu ultimo die à sexta usque ad septimam, cantentur Litaniæ B. Mariæ Virginis cum collectis ad intentionem precum deservientibus, sub finem, eodem ritu, uti & manè, incensato Venerabili, cantabitur ter ab Officiatore Defensor noster aspice &c. & semel Genitori &c. in cujus fine tantùm dabitur benedictio, quâ datâ reponetur Venerabile in tabernaculum, & rursus incensabitur flexis genibus. Ultimo die reposito & incensato Venerabili Sacramento, sacerdos apud altare stans inchoabit: Te Deum laudamus. in cujus fine additur Collecta pro gratiarum actione.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

PRidie commemorationis omnium fidelium defunctorum habentur vesperæ: in die commemorationis matutinum cum laudibus. In quibusdam locis, alterâ die post sepulturam, canitur unum nocturnum cum laudibus ante sacrum: finito autem sacro dicitur commendatio ad tumbam in templo consistentem, vel etiam ad sepulchrum: Honoratiores autem alterâ die totum officium: tertiâ verò die unum nocturnum cum laudibus, dein sacrum de Beata Virg. postea pro defuncto, eodem finito, commendationem ad tumbam curant cantari; In die trigesimo & anniversario denuò unum nocturnum cum laudibus. Pastor secundùm loci consuetudinem Officium defunctorum servare poterit.

Ad vesperas, si ab illis incipiatur.

℣. Oremus pro fidelibus defunctis.

℟. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

Antiph. Placebo. Euouae.

Psalmus 114.

DIlexi quoniam exaudiet Dominus: vocem orationis meæ.

Quia inclinavit aurem suam mihi: & in diebus meis invocabo.

Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni invenerunt me.

Tribulationem & dolorem inveni: & nomen Domini invocavi.

O Domine libera animam meam: misericors Dominus & justus, & Deus noster miseretur.

Custodiens parvulos Dominus: humiliatus sum & liberavit me.

Convertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.

Placebo Domino in regione vivorum.

Requiem æternam &c.

ańa. Placebo Domino in regione vivorum.

Antiph. Heu mihi. Euouae.

Psalmus. 119.

AD Dominum cum tribularer clamavi: & exaudivit me.

Domine libera animam meam à labiis iniquis: & à lingua dolosa.

Quid

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus Cedar: multùm incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis.

Requiem æternam dona &c.

ańa. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus

est. Antiph. Dominus. Euouae.

Psalmus. 120.

Levavi oculos meos in montes: unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet, qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet: qui custodit Israël.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: neq; luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc & usque in sæculum.

Requiem æternam dona &c.

ãa. Dominus custodit te ab omni malo, custo-

diat animam tuam Dominus. Antiph. Si iniqui-



tates. Euouae.

Psalmus. 129.

De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaveris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israël in Domino.

Quia

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam. &c.

añā. Si iniquitates observaveris Domine, Domi-

ne quis sustinebit. Antiph. Opera. Euouae.

Psalmus. 137.

COnfitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua & veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.

In quacunque die invocavero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine, omnes reges terræ: quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis Domini: quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit: & alta à longè cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me, Domine misericordia tua in sæculum: opera manuum tuarum ne despicias.

Requiem æternam &c.

ańa. Opera manuum tuarum Domine ne despicias.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animas eorum.

Antiph. Omne. Euouae.

Cantic. B. Mariæ Virg. Luc. 1.

MAgnificat anima mea Dominum.

Et exultavit spiritus meus : in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus à progenie in progenies: timentibus eum.

Fecit

Fecit potentiam in brachio suo : dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede : & exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis : & divites dimisit inanes.

Suscepit Israël puerum suum : recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros : Abraham & semini ejus in sæcula.

Requiem æternam &c.



aña. Om ne quod dat mihi pater ad me veniet, &

eum qui venit ad me, non ejiciam foras.

Primum Nocturnum.

Si Officium defunctorum non dicatur integrum, tunc hoc nocturnum dicitur feriâ secundâ & quintâ.

aña. Di rige. Euouae.

Psalmus. 5.

VErba mea auribus percipe Domine : intellige clamorem meum.

Inten-

Intende voci orationis meæ: rex meus & Deus meus.

Quoniam ad te orabo Domine: manè exaudies vocem meam.

Manè astabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus: neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in justitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolosè agebant judica illos Deus.

Decidant à cogitationibus suis secundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes, qui sperant in te, in æternum exultabunt: & habitabis in eis,

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices justo.

Domine ut scuto bonæ voluntatis tuæ: coronasti nos.

Requiem æternam &c.

ania. Dirige Domine Deus meus in conspectu

tuo viam meam. Antiph. Converte re.



Euouae.

Psalmus. 6.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine quoniam infirmus sum: sana me Domine quoniã conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valdè: sed tu Domine usquequo?

Convertere Domine, & eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singu-

las noctes lectum meum : lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus : inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem : quoniam exaudivit Dominus vocem fletûs mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur & erubescant valdè velociter.

Requiem æternam &c.

añ. Convertere Domine & eripe animam meã,

quoniam non est in morte qui memor sit tui.

Antiph. Nequando. Euouae.

Psalmus. 7.

DOmine Deus meus in te speravi : salvum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.

Nequando rapiat ut leo animam meam: dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

Domine Deus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam meritò ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terrà vitam meam: & gloriam meam in pulverem deducat.

Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti: & synagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere: Dominus judicat populos.

Judica me Domine secundùm justitiam meam: & secundùm innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum, & diriges justum: scrutans corda & renes Deus.

Justum adjutorium meum à Domino: qui salvos facit rectos corde.

Deus judex justus, fortis & patiens: nunquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit, & paravit illum.

Et in eo paravit vasa mortis : sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturiit injustitiam : concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

Lacum aperuit & effodit eum: & incidit in foveam quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus: & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.

Confitebor Domino secundùm justitiam ejus: & psallam nomini Domini altissimi.

Requiem æternam &c.

ańa. Nequando rapiat ut leo animam meam, dum

non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

℣. Dirige Domine Deus meus.

℟. In conspectu tuo viam meam.

Pater noster. totum secretò.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

Lectiones sequuntur sine absolutione, benedictionibus & titulo.

Lectio prima. *Job. 7. cap.*

PArce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei: Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid appo-

apponis erga eum cor tuum? visitas eum diluculo, & subitò probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? Peccavi, quid faciam tibi ô custos hominum? quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimet ipsi gravis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam, & si manè me quæsieris non subsistam.

Lectiones terminantur sine: Tu autem vel alia conclusione.

Resp. Credo quod Redemptor meus

vi vit, & in novissimo di e de terra sur-

re cturus sum, & in carne me a videbo

De um Salvatorem meum.

Versus. Quem visurus sum ego ipse &

Lectio ſecunda. *Job. 10. cap.*

TÆdet animam meam vitæ meæ, dimittam adverſum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnare: indica mihi cur me ita judices. Nunquid bonum tibi videtur ſi calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & conſilium impiorum adjuves? Nunquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo & tu videbis? Nunquid ſicut dies hominis dies tui, & anni tui ſicut humana ſunt tempora, ut quæras iniquitatem meam, & peccatum meum ſcruteris? Et ſcias quia nihil impium fecerim, cum ſit nemo qui de manu tua poſsit eruere.

dona requiem, In loco indul gentiæ.

Versus. Requiem æternam dona eis Do-

mi ne, & lux perpetua u ceat

e is. In loco.

Lectio tertia. *Job. 10. cap.*

MAnus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me totum in circuitu: & ſic repentè præcipitas me? Memento quæſo quòd ſicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti? Pelle & carnibus veſtiſti me, oſsibus & nervis compegiſti me. Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodivit ſpiritum meum.



Reſp. Domi ne quando veneris judica re

ter-

terram, ubi me abſcon dam à vultu iræ

tu æ, Quia peccavi nimis in vi-



ta me a. Verſus. Commiſſa mea

Domine paveſco,& ante te e ru-



beſ co: dum veneris judicare, noli me

condemna re. Quia &c.

Secundum Nocturnum.

Quando non canitur integrum officium, ſed hoc ſolum, aſſumitur feriâ tertiâ & ſextâ.



Antiph. In lo co. Euouae.

Pſalmus. 22.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocavit.

Su-

Super aquam refectionis educavit me : animam meam convertit.

Deduxit me super semitas justitiæ : propter nomen suum.

Nam,& si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala : quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus : ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam : adversùs eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quàm præclarus est.

Et misericordia tua subsequetur me : omnibus diebus vitæ meæ.

Et ut inhabitem in domo Domini: in longitudinem dierum.

Requiem æternam &c.

Antiph. In loco pascuæ ibi me collocavit.

Antiph. Delicta Euouae.

Psalmus. 24.

AD te Domine levavi animam meam : Deus meus in te confido, non erubescam :

Neque irrideant me inimici mei : etenim universi qui sustinent te non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes : supervacuè.

Vias tuas Domine demonstra mihi : & semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tues Deus Salvator meus, & te sustinui totâ die.

Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt.

Delicta juventutis meæ : & ignorantias meas ne memineris.

Secundùm misericordiam tuam memento mei tu : propter bonitatem tuam Domine.

Dulcis & rectus Dominus : propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in judicio: docebit mites vias suas.

Universæ viæ Domini, miseticordia & veritas: requirentibus testamentum ejus, & testimonia ejus.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo : multum est enim.

Quis est homo qui timet Dominum: legem statuit in via, quam elegit.

Anima ejus in bonis demorabitur : & semen ejus hæreditabit terram.

Firma-

Firmamentum est Dominus timentibus eum: & testamentum ipsius ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.

Respice in me, & miserere mei : quia unicus & pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte universa delicta mea.

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam, & erue me: non erubescam quoniam speravi in te.

Innocentes & recti adhæserunt mihi : quia sustinui te.

Libera Deus Israël, ex omnibus tribulationibus suis.

Requiem æternam dona eis Domine &c.

ania. Delicta juventutis meæ & ignorantias meas

ne memineris Domine. Antiph. Credo Euouae.

Psalmus. 26.

DOminus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocentes: ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

Si consistant adversùm me castra: non timebit cor meum.

Si exurgat adversùm me prœlium: in hoc ego sperabo.

Unam petii à Domino, hanc requiram: ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Ut videam voluptatem Domini: & visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me: & nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi & immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis: cantabo & psalmum dicam Domino.

Exaudi

Exaudi Domine vocem meam quâ clamavi ad te: miserere mei & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuam à me: ne declines in ira à servo tuo.

Adjutor meus esto: ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne rtadideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini: in terra viventium.

Exspecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

Requiem æternam &c.

℣. Delicta juventutis meæ.

℟. Et ignorantias meas ne memineris.

Pater noster. totum secretò.

℣. In memoria æterna erunt justi.

℟. Ab auditione mala non timebunt.

Lectio quarta. *Job. 13. cap.*

REsponde mihi: quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea.



Lectio quinta. *Job. 14. cap.*

HOmo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis. Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Et dignum ducis ſuper hujuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in judicium? Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine, nonne tu qui ſolus es? Breves dies hominis ſunt, numerus menſium ejus apud te eſt: conſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poterunt. Recede paululùm ab eo, ut quieſcat, donec optata veniat, ſicut mercenarii dies ejus.

Reſp.

Resp. Peccantem me quotidie & non me pœ-

niten tem timor mortis conturbat me. Quia

in infer no nulla est re demptio, miserere

me i Deus & salva me. Versus. De us in

nomine tuo salvum me fac, & in virtu-

te tua li be ra me. Quia in



inferno &c.

Lectio sexta. *Job. 14. cap.*

QUis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? putásne mortuus homo rursum vivet? cunctis diebus, quibus nunc milito, exspecto donec

donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

Resp. Ne re cor de ris peccata mea Do-

mine, Dum veneris judicare

sæculum per ignem Versus. Diri-

ge Do mi ne Deus meus in con-

spectu tuo viam me am. Dum ve-



ne ris &c.

Tertium Nocturnum.

Quod, si integrum officium non canitur, feriâ quartâ & Sabbatho assumitur.

Antiph. Ne derelinquas. Euouae.

Psalmus. 37.

DOmine in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ: à facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum & curvatus sum usque in finem: totâ die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.

Amici

Amici mei & proximi mei : adversùm me appropinquaverunt & steterunt.

Et qui juxta me erant de longè steterunt : & vim faciebant, qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates : & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens : & non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine speravi : tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei : & dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum : & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me : multiplicati sunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi : quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus : ne discesseris à me.

Intende in adjutorium meum: Domine Deus ſalutis meæ.

Requiem æternam dona eis Domine : & lux perpetua luceat eis.

añа. Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne



diſceſſeris à me. Antiph. Sana. Euouae.

Pſalmus. 40.

BEatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conſervet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris ejus: univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus.

Ego dixi: Domine miſerere mei: ſana animam meam quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando morietur, & peribit nomen ejus?

Et ſi ingrediebatur, ut videret, vana loquebatur: cor ejus congregavit iniquitatem ſibi.

Egrediebatur foras: & loquebatur in idipſum.

Adver-

Adversùm me susurrabant omnes inimici mei: adversùm me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversùm me: nunquid qui dormit, non adjiciet, ut resurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo speravi: qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.

Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me: & retribuam eis.

In hoc cognovi, quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Israël à sæculo, & usque in sæculum: fiat, fiat.

Requiem æternam &c.



Psalmus. 41.

QUemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum:

quando veniam & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie; ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis & confessionis: sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultûs mei, & Deus meus.

Ad meipsum anima conturbata est: propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermoniim à monte modico.

Abyssus abyssum invocat: in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui: super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam: & nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, susceptor meus es.

Quare oblitus es mei: & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea: exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum

Dum dicunt mihi per singulos dies; ubi est Deus tuus? quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultûs mei, & Deus meus.

Requiem æternam &c.

Antiph. Sitivit anima mea ad Deum vivum, quando veniam & apparebo ante faciem



Domini.

℣. Ego dixi, Domine miserere mei.

℟. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

Pater noster. totum secretò.

℣. Ne tradas Domine animas confitentes tibi.

℟. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

Lectio VII. *Job. 17. cap.*

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, & solum mihi supersest sepulchrum. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine, & pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt,

sierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est, & in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi, pater meus es: mater mea & soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiam meam quis considerat?

Lectio

Lectio VIII. *Job. 19. cap.*

PElli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodò labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me, sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei? quis mihi det ut exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina; vel celte sculpantur in silice? scio enim, quod redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circumdabor pelle meâ, & in carne mea videbo Deum meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius: reposita est spes mea in sinu meo.



minum meum. Versus. Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo quam diu ero. Et renovabuntur &c.

Lectio IX. *1. ad Corinth. 15. cap.*

ECce mysterium vobis dico: omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento in ictu oculi, in novissima tuba; canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatẽ: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus? stimulus autem mortis peccatum est: virtus verò peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam: per Dominum nostrum Jesum Christum.

Resp.



Resp. Libera me Domine &c. supra pag. 112.

Aliud.

Resp. Absolve Domine a ni mas eo-
rum ab omni vinculo delictorum. Non eas
tormentum mortis attingat, nec reorum ca-
te na constringat: sed miseratio
tua in pacis eas ac lucis regione con-
stituat. Versus. Si quæ il-
lis sunt Domine dignæ cruciatibus culpæ, tu
eis gratiâ leni ta tis indulge. Non eas &c.

Aliud.

Resp. Cognoscimus Domine quia peccavimus;
veniam petimus,quam non mere mur.Manum
tuam porrige lap sis, qui la-
troni confitenti pa radisi ja nu-
as ape ruisti. Versus. Vita nostra in dolo-
re suspirat,& in opere non emendat: si exspe-
ctas,non corrigimur;& si vindicas, non dura-
mus. Manum tuam &c.

LAU.

LAUDES.

Antiph. Requiem. Euouae.

Psalmus. 50.

MIserere mei Deus: secundùm magnam misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam,

Ampliùs lava me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicâris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me Domine hyssopo & mundabor: lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum ſanctum innova in viſceribus meis.

Ne projicias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te convertentur.

Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea juſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem utique: holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut ædificentur muri Hieruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes, & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Requiem æternam dona eis Domine: &c.

Antiph. Requiem æternam dona eis Do mi ne

& lux

& lux perpetua luceat eis. Antiph. Non intres



Euouae.

Psalmus. 142.

DOmine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua justitia.

Et non intres in judicium cum servo tuo: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi: & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.

Au-

Auditam fac mihi manè misericordiam tuam: quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine vivificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego servus tuus sum.

Requiem æternam dona eis Domine. &c.

ãna. Non intres in judicium cum fidelibus tuis Do-

mine. Antiph. Me suscepit. Euouae.

Psalmus. 63.

DEus Deus meus: ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea : quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, & invia & inaquosa: sic in sancto appa-

apparui tibi: ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam: introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

Psalmus. 67.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus : confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes, quoniam judicas populos in æquitate : & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes : terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus, Deus noſter benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Requiem æternam dona eis Domine. &c.

Antiph. Me ſuſcepit dextera tua Domine.

Antiph. Eruiſti. Euouae.

Canticum Ezechiæ. *Iſa. 38.*

EGo dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Quæſivi reſiduum annorum meorum: dixi, non videbo Dominum Deum in terra viventium.

Non aſpiciam hominem ultra: & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata eſt, & convoluta eſt à me: quaſi tabernaculum paſtorum.

Præciſa eſt velut à texente vita mea; dum

dum adhuc ordirer succidit me: de mane usque ad vesperam finies me.

Sperabam usq; ad mane: quasi leo sic contrivit omnia ossa mea.

De mane usque ad vesperam finies me: sicut pullus hirundinis sic clamabo; meditabor ut columba.

Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelsum.

Domine vim patior responde pro me: quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit.

Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine animæ meæ.

Domine si sic vivitur, & in talibus vita spiritûs mei: corripies me, & vivificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam, ut non periret: projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non exspectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: Pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine salvum me fac, & psalmos nostros

cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ, in domo Domini.

Requiem æternam dona eis Domine. &c.

Antiph. Eruisti Domine animas eorũ ne perirent.

Antiph. Omnis spiritus. Euouae.

Psalmus. 148.

LAudate Dominum de cœlis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ omnes quæ super cœlos sunt: laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra: dracones & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quæ faciunt verbum ejus.

Mon-

Montes & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestiæ & universa pecora: serpentes & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: principes & omnes judices terræ.

Juvenes & virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœlum & terram: & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus Sanctis ejus filiis Israël: populo appropinquanti sibi.

Cantate Domino canticum novum: laus ejus in Ecclesia Sanctorum.

Lætetur Israël in eo qui fecit eum: & Filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt Sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.

Exultationes Dei in gutture eorum: & gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus : increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum: gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

Laudate Dominum in Sanctis ejus: laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ : laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro : laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis : omnis spiritus laudet Dominum.

Requiem æternam dona eis Domine: &c.

Antiph. Omnis spiritus laudet Dominum. ańa. E-



go sum Euouae.

Canticum Zachariæ. *Luc.* 1. *cap.*

BEnedictus Dominus Deus Israël : quia visitavit & fecit redemptionem plebis suæ.

Et

Et erexit cornu salutis nobis: in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os Sanctorum: qui à sæculo sunt Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris: & de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: serviamus illi.

In sanctitate & justitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viã pacis.

Requiem æternam dona eis, &c.

Antiph. Ego sum resurrectio & vita, qui credit

in



in me, etiamsi mortuus fuerit vivet, & omnis

qui vivit & credit in me, non morietur in

æternum.

℣. Kyrie eleîson. Christe eleîson. Kyrie eleîson.

Pater noster. totum secretò.

Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Adesto quæsumus Domine, animæ famuli tui N. cui in die depositionis suæ, officium commemorationis impendimus, ut quæcunque ei sæcularis macula inhæsit, dono pietatis tuæ indulgeas. Per Dominum nostrum Jesum Christum. &c.

In

In anniversario unius.

Oremus.

Deus indulgentiarum Domine, da famulo tuo N. cujus anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, & perpetui luminis claritatem. Per Dominum nostrum &c.

Pro Episcopo defuncto.

Oremus.

Da nobis, Domine, ut animam famuli tui N. Episcopi, quam de hujus sæculi eduxisti laborioso certamine, Sanctorum tuorum tribuas esse consortem. Per Dominum nostrum &c.

Pro defuncto Sacerdote.

Oremus.

Præsta, quæsumus Domine: ut anima famuli tui N. Sacerdotis, quem in hoc sæculo commorantem, sacris muneribus decorasti; in cœlesti sede glorioſa semper exultet. Per Dominum nostrum &c.

Pro Laico defuncto.

Oremus.

Inclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui, quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac

lucis regione constituas, & Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Dominum nostrum &c.

Pro una defuncta.

Oremus.

Quæsumus Domine pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ N. & à contagiis mortalitatis exutam in æternæ salvationis partem restitue. Per Dominum nostrum &c.

Pro congregatione.

Oremus.

Deus veniæ largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus immensam clementiam tuam: ut nostræ congregationis fratres & sorores, propinquos & benefactores nostros, qui ex hoc sæculo transierunt, beatâ Mariâ semper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum.

Pro defunctis intra & circa templum.

Oremus.

Deus, in cujus miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis & famulabus tuis omnibus hic & ubique in Christo quiescentibus, da propitius suorum veniam peccatorum: ut à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per Christum Dominum nostrum.

Pro

Pro animabus speciali patrocinio destitutis.

Oremus.

Miserere, misericors Deus, animabus illis, quæ singulares apud te non habent intercessores, quibus nulla est consolatio in tormentis, neque spes ulla, nisi quod factæ sunt ad imaginem & similitudinem tuam: parce & defende plasma tuum nobile, gloriam nominis tui ne des alteri, opus manuum tuarum respice in eis, & libera eas ab omnibus intolerabilibus pœnis & cruciatibus, & perduc eas ad societatem civium supernorum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum qui tecum &c.

Collecta generalis.

Oremus.

Fidelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus omnium fidelium defunctorum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

℣. Requiescant in pace.

℟. Amen.

dextris meis.

Magnificat anima mea Dominum.

Differentiis caret.

Sextus Tonus.

Dixit Dominus Domino meo: sede à

dextris meis.

Magnificat anima mea Dominum. Differentia.

Septimus Tonus.

Dixit Dominus Domino meo: sede

à dextris meis.

Magnificat anima mea Dominum.

Diffe-

Differentiæ septimi Toni.

Octavus Tonus.

Dixit Dominus Domino meo: sede à



dextris meis.

Magnificat anima mea Dominum.

Differentiæ octavi Toni.

Tonus Peregrinus.

In exitu Israël de Ægypto: domus Jacob

de populo barbaro.

DE

dextris meis.

Magnificat anima mea Dominum.

Differentiis caret.

Sextus Tonus.

Dixit Dominus Domino meo: sede à

dextris meis.

Magnificat anima mea Dominum. Differentia.

Septimus Tonus.

Dixit Dominus Domino meo: sede

à dextris meis.

Magnificat anima mea Dominum.

Diffe-

Differentiæ septimi Toni.

Octavus Tonus.

Dixit Dominus Domino meo: sede à



dextris meis.

Magnificat anima mea Dominum.

Differentiæ octavi Toni.

Tonus Peregrinus.

In exitu Israël de Ægypto: domus Jacob

de populo barbaro.

DE

DE PRÆDICATIONE VERBI DEI.

§. 1. *Necessitas Prædicationis & licentiæ Episcopalis.*

Heb. 11. v. 1. CUm absque fide impossibile sit placere Deo, quæ infantibus in sacro baptismo infunditur, quando ex aqua & Spiritu S. renascuntur; Adultis autem per auditum Verbi Dei donatur, prout veritas æterna, sicut & quòd absque legitima missione non sit prædicandum, per Apostolum docet; Ejusmodi vocati seu missi, in hac Dicœsi Trevirensi sunt Pastores, aliique animarum curati, & Concionatores, qui à nobis, nostrisq; Vicariis Treviris aut Confluentiæ authoritate nostrâ ad id constitutis, sunt approbati & admissi: regulares quoque sacerdotes, etiam exempti, nullo modo in Ecclesiis parochialibus sine licentia Episcopi prædicare possunt, juxta constitutionem Gregorii Papæ XV. nonis Febr. 1622. §. 3. & §. 6. Quare Pontif. constitutioni, nec non decretis Concilii Provincial. Trevirensis an. 1549. insistendo, excommunicationis vinculo, vel aliis pœnis coërceri volumus illos, qui sine prædicta licentia verbum Dei prædicare præsumunt: similiter & parochos, qui Diaconis & sacerdotibus recenter è schola venientibus, absque eo quòd illi de licentia Ordinarii doceant, in Ecclesiis suas cathedras ascendere, & prædicare permittunt.

Rom. 10. v. 14.

Conc. Lateran. & Trevir. 1549.

§. 2. *Quales oporteat esse prædicatores verbi Dei?*

Conc. Trevir. 1549. REctè provinciale Concil. Trevirense citat. statuit, quòd non quivis admittendi, sed primùm explorandi sint. Ideo doctrinâ sacrâ, & Theologicarum rerum, & muneri illi obeundo necessariâ cognitione instructos, moribus honestos & graves, vitâ integrâ, infamiâ liberos, solùm admitti volumus; memores illius apud regium Psalten: *Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* porrò populum verbo erudire, exemplo autem ad imitandum provocare satagant, poten-

potentes sermone & opere, seu doctrinâ & facto, ut quod verbis proponunt, moribus persuadeant & confirment; aliàs doctrinâ & prædicatione quamvis sanâ, parum effecturi. Quomodo enim cum fructu ad charitatem Dei, rerumque cœlestium desiderium excitabit? si ipse eo igne cœlesti algeat? quomodo alios ad temperantiæ, castitatisque virtutem exhortabitur? si ipsemet crapulæ deditus, & impurus existat?

§. 3. *Quæ prædicari, præsertim à parochis oporteat?*

IN hoc toti incumbant, ut verbum veritatis rectè & bonâ fide tractent, tanquam dispensatores multiformis gratiæ Dei: præsertim autem ut populum doceant, quæ ad salutem non tantùm scitu, sed & factu sunt necessaria; Deum colere, ejusque mandata, nec non Ecclesiæ sanctè observare, pietatem, charitatem, mansuetudinem erga proximum exhibere: ad hæc breviter & nervosè, quæ vitia declinare, quas verò virtutes sectari debeat, ut pœnam æternam evadere, & cœlestem gloriam consequi valeat, inculcando: Omnium etiam ætatum & ordinum, utpotè parentum, liberorum, maritorum, uxorum, dominorum, servorum, magistratus, & privatorum officia explicent circumspectè; instruant quoque superioribus universis, ac magistratibus tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus à populo reverentiam exhibendam esse, & quo faciliùs prædicta omnia populus assequatur, ad frequentem sanctissimorum Sacramentorum usum, Pœnitentiæ scilicet & Eucharistiæ cohortentur, doceantque quanta & quàm mirabilis sit eorum virtus & efficacia, ut quotidiè ipsorum mentes eò vehementius inflammentur. Cum verò non omnium eadem ingenii sit facultas, habeatur ratio parvulorum & rudium, fidei rudimenta ad captum eorum explicando. *Conc. Trevir. 1549.* *Conc. Trevir. cit.*

§. 4. *A quibus in prædicando sit cavendum?*

CAveant prædicatores, ne historias non satis probatas, & apocriphas miraculorum enarrationes in concionem, ne obiter quidem, adducant, multò minùs nugas, aniles fabulas, quæ risum potiùs quàm lachrimas propter peccata populo moveant. Nihil unquam afferant quod contra Ecclesiæ Catholicæ authoritatem aut perpetuum Sanctorum Patrum consensum quoquo modo *Concil. Provinc Trevir. cit.*

modo dici possit; Caveant etiam ne quenquam nominatim aut tacitè, ita tamen ut digito demonstrari possit, insectentur, particularisque aliqua contra privatos animi exulceratio colligi possit, multò minùs ea proferenda quæ confessionis revelatæ suspicionem etiam leviſſimam moveant. Superiores universos seu magistratum tam Ecclesiasticum, quàm sæcularem nullatenus publicè perstringant, sed officii, si opus fuerit, generaliter commoneant. Hæreticorum argumenta non referantur nimiùm, præsertim apud rudiorem multitudinem, si perversæ eorum doctrinæ sint confutandæ, id solidè & graviter faciant, sac. Scripturæ locis, Conciliorum authoritati & Ecclesiæ consuetudini insistendo.

§. 5. *Quando parochus prædicare: Et populus etiam in parochiali sua Ecclesia, Verbum Dei audire teneantur?*

UT satisfiat Concilii Tridentini decretis singuli parochi, aut quicunque animarum Curatores per semetipsos, si legitimè impediti non fuerint, omnibus diebus Dominicis ac festis, munus prædicandi verbi Dei obeant,* nec dependeant à regularibus. Parochianos reciprocè concionem in sua Ecclesia parochiali audire: si commodè possint, teneri, * de jure novo, certum magisque naturali rationi & æquitati consentaneum est, ut propria mater (qualis est parochus) per prædicationem lactet filios) quàm ut hi cuidam alteri permittantur lactandi. Cui parochianorum obligationi per consuetudinem generalem derogari nequit, si Regulares in suis concionibus non observent quædam §. 3. superiùs posita, videlicet si negligant aut prætereant rudimenta fidei, præcepta Dei, & Ecclesiæ, Sacramentorum virtutes, & modum ea dignè frequentandi, aliaque scitu necessaria: tunc enim parochiani jure naturali, contra quod præscribi non potest, obligati sunt in sua parochia concionem audire, ubi supradicta ex professo tractantur. Atque sub hac distinctione seu limitatione sopita manet controversia, ante annos 14. Lovanii, occasione eâ quod quidam absque limitatione sub reatu peccati, obligationem audiendi verbi Dei in Ecclesia sua parochiali sustineret, suscitata, quâ regulares ad opponendum sua privilegia Pontificia, seipsum ad propugnanda lura parochialia, sicque ad mutuum litterarium conflictum, ædificationi non subservientem, induxerat.

* *Conc. Trid. sess. 5. cap. 2. de refor.*

* *sess. 24. cap. 4. de reform.*

§. 6.

§. 6. *Quomodo in cathedra prædicator se gerere debent?*

INdutus superpelliceo, aut albâ & stolâ conveniente, pro temporum diversitate, pileum quadratum manu deferens, illum in cathedra deponat, & si venerabile Sacramentum, ut in festo Corporis Christi fieri solet, patenter sit expositum, eum pileum nunquam: aliàs lecto Evangelio, ad initium dictionis, capiti imponat, & ad finem dictionis, uti etiam si quando nomen JESUS pronuntiat (quod non proferet sæpè nimis, ne auditoribus crebriore capitis denudatione & reverentiâ molestiam, ac denique reverentiæ neglectum causet) reverenter deponat.

Primò itaque in cathedra auditores præsentes circumspiciat, iisque ad quietem compositis, pergat vulgari linguâ: Im Nahmen Gottes des Vatters/und des Sohns † und des H. Geistes Amen. dein dicat Thema v.g. in festo Circumcisionis Domini: Et vocatum est nomen ejus JESUS. Luc. 2. cap. Dein tardè Die Gnade/Fried und Barmhertzigkeit GOttes des himmlischen Vatters/ die Liebe seines eingebornen Sohns JEsu Christi/die Gemeinschafft und Einsprechung des H. Geistes seye und bleibe mit uns allen Amen. Pro diversitate temporum, loco verborum: die Liebe seines eingebornen Sohns: dicat in Adventu die Ankunfft Christi JEsu. In Quadragesima, das bitter Leyden und Sterben Christi JEsu. In paschate: die fröliche und freudenreiche Urständ Christi JEsu ꝛc. Postea clarâ voce: die Wort/welche ich Ew. Lieb und Andacht jetzt in Lateinischer Sprach hab vorgehalten/ seynd genommen auß dem heutigen Evangelio/ so uns beschreibt der H. Evangelist Lucas am 2. Cap. Und lauthen auff unsere Teutsche Sprach also:

Und sein Nahme ward JESUS genennt.

Von diesen Worten ehe wir etwas weiter reden/wollen wir zuvor die Gnad Gottes mit einem andächtigen Vatter unser sampt dem Englischen Gruß/ demüthigst begehren. Tempore nativitatis, paschatis &c. Wollen wir die Gnad GOttes durch das gewöhnliche Christ-oder Oster-Gesang begehren. Tempore paschali non flectit populus dum canit: aliis temporibus prædicator finitis precibus dicit: Stehet auff/bezeichnet euch mit dem Zeichen deß heyligen Creutzes/ hic format parvam crucem, Im Nahmen Gottes des Vatters †, des Sohns †, und des H. Geistes †. Amen. Und höret an die Wort des H. heutigen Evangelii welches uns beschreibt der H. Evangelist Lucas am 2. Cap. mit folgenden Worten. dein legit Evangelium altâ voce. Lecto Evangelii: Durch Krafft des abgelesenen Evangelii verzeyhe uns Gott alle unsere Sünd und Missethaten Amen. Tunc repetat Thema & concionem ordiatur, in Ecclesiis ruralibus intra mediam horam, præsertim hyemali tempore finiatur.

Finitâ concione, altâ voce recitet è libro Evangeliorum germanicam orationem pro communi Ecclesiæ necessitate: Allmächtiger Ewiger GOtt ꝛc. vel Confessionem generalem: Ich armer sündiger Mensch ꝛc. si velit, poterit illam orationem festivis, confessionem verò dominicis diebus recitare, ne utrâque simul, molestia populo creetur. Finitâ eâ: Misereatur vestri omnipotens &c. Indulgentiam absolutionem & remissionem &c. Post quæ omnia jejunia, festa, matrimonia & si quæ alia (non tamen facilè res deperditas, aut eleemosynas) proclamabit. Tempore quo cantus subjungi solet, subjungatur.

PROFESSIO FIDEI CATHOLICÆ,

quam juxta Concilii Trident. dispositionem omnes quos Ecclesiis superioribus præfici, & animarum curam habentibus provideri contingit, facere debent, quæ ut præstanda parochis, sic in suscipiendis Sacellanis & Ludi-magistris, & qui ab errore ad gremium Ecclesiæ revertuntur, subservire poterit.

FORMULA PROFESSIONIS FIDEI à Pio IV. Pontif. Max. præscripta.

EGo N. firmâ fide credo & profiteor omnia & singula, quæ continentur in symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium, & in unum Dominum nostrum Jesum Christum, filium Dei unigenitum: & ex patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum consubstantialem patri, per quem omnia facta

sunt,

sunt, qui propter nos homines,& propter nostram salutem descendit de cœlis : & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est, crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est. Et resurrexit tertiâ die secundùm scripturas,& ascendit in cœlum,sedet ad dexteram patris. & iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos : cujus regni non erit finis. & in Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem : qui ex patre filioque procedit ; qui cum patre & filio simul adoratur, & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas , & unam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam; confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum : & exspecto resurrectionem mortuorum : & vitam venturi sæculi, Amen.

Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem observationes, & constitutiones firmissimè admitto, & amplector.

Item sacram Scripturam, juxta eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu,& interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto : nec eam unquam, nisi juxta unanimem consensum patrum,accipiam & interpretabor.

Profiteor quoque septem esse, verè & propriè

Sacramenta novæ legis, à Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria; scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium: illaque gratiam conferre: & ex his Baptismum, Confirmationem & Ordinem sine sacrilegio iterari non posse.

Receptos quoque & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solenni administratione, recipio & admitto.

Omnia & singula, quæ de peccato originali, & de justificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector & recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo, verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro vivis & defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter & substantialiter corpus & sanguinem, unà cum anima & divinitate Domini nostri Jesu Christi; fierique conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem: quam conversionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat.

Fateor etiam sub altera tantùm specie, totum atque

atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constanter teneo, purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari.

Similiter & Sanctos unà cum Christo regnantes, venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas.

Firmiter assero imagines Christi ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas & retinendas esse; atque eis debitum honorem, & venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo, maximè salutarem esse affirmo.

Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem, & magistram agnosco, Romanoque Pontifici beati Petri Apostolorum principis successori, ac Jesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac juro.

Cætera item omnia à sacris canonibus, & œcumenicis conciliis, ac præcipuè à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita & declarata, indubitanter recipio atque profiteor: simulque contraria omnia atque hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas, rejectas, & anathematizatas, ego pariter

riter damno, rejicio & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest; quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo; eandem integram & immaculatam, usque ad extremum vitæ spiritum constantissimè (Deo adjuvante) retinere & confiteri; atque à meis subsitis, seu illis quorum cura ad me in meo munere spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit curaturum; ego idem N. spondeo, voveo, ac juro, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Joan. 1. In principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum : hoc erat in principio apud Deum, &c.

Volget die obgesetzte Bekandtnuß deß Catholischen Glaubens zu Teutsch.

ICh N. glaub und bekenne mit beständigem Hertzen/ alle und jede Stück/ so im Christlichen Glauben/ den die H. Römische Kirch auff diese Weiß gebrauchet/ verfasset seynd. Nemblich: Ich glaub in einen Gott/ Vatter den Allmächtigen/ Schöpffer des Himmels und der Erden/ aller sichtbahren und unsichtbahren Dingen. Und in einen Herrn Jesum Christum/ den Eingebohrnen

nen Sohn Gottes/ auß dem Vatter geborn von Ewigkeit/ Gott von Gott/ Liecht von Liecht / ein wahrer Gott vom wahren Gott / geboren und nicht erschaffen / gleicher Substantz und Wesens mit dem Vatter/ durch den alle Ding erschaffen seynd / welcher umb uns Menschen/ und unsers Heyls willen / vom Himmel herunder gestiegen / und durch den heiligen Geist/ auß Maria der Jungfrauen Fleisch an sich genommen hat / und ist Mensch worden. Er ist auch für uns under Pontio Pilato gecreutziget/ hat gelitten/ und ist begraben worden / und am dritten Tag / laut der H. Schrifft/ wiederumb aufferstanden von den Todten : Er ist auffgefahren in den Himmel / sitzet zur rechten Gottes des Vatters / und wird wiederumb kommen mit Herrlichkeit zu richten die Lebendigen und die Todten / welches Reichs kein End wird seyn. Ich glaub auch in den heiligen Geist/ den lebendigmachenden Herrn/ der vom Vatter und Sohn hergehet/ welcher sampt dem Vatter und Sohn zugleich angebettet und geehret wird/ der da geredt hat durch die Propheten. Ich glaub auch ein einige heilige / allgemeine und Apostolische Kirch. Ich bekenne einen Tauff / zu Vergebung der Sünden / und warte auff die

Aufferstehung der Abgestorbenen / und auff ein ewiges zukünfftiges Leben. Amen.

Alle Apostolische geistliche Satzungen / sambt allen andern Ordnungen und Gebräuchen der Catholischē Kirchen / nemē ich an / uñ halt sie festiglich.

Die H. Schrifft verstehe ich / und laß sie zu / in und nach dem Verstandt / welchen unser heilige Mutter die Christliche Kirch bißher gehabt / und noch hält: Sintemahl ihr zugehört den wahren Verstand und Außlegung der H. Schrifft von dem falschen zu underscheiden.

Ich will auch gemeldte H. Schrifft allzeit nach der einhelligen Außlegung dern heiligen Vättern verstehen annehmen und nicht anderst.

Ich glaub und bekenn daß warlich und eygentlich sieben Sacrament deß neuen Testaments von Christo Jesu unserm Herrn selbst eingesetzt und dem menschlichen Geschlecht sehr nützlich / wiewol nicht alle einem jeden Menschen zur Seeligkeit nothwendig seynd / als nemblich die Tauff / Firmung / das Sacrament des Altars / die Buß / letzte Oelung / die Priesterweyhe / und die Ehe / und daß durch diese Sacrament dem Menschen Gnad mitgetheilt werde. Auß welchen allen der Tauff / Firmung und Priesterliche Weyhung / ohn Gottslästerung / und grosse Sünd nicht

mögen

mögen wiederholt / und zum andernmahl gebraucht werden. Ich nimme auch an/ und laß zu/ alle gewöhnliche und bewehrte Bräuch / so in der Christlichen Catholischen Kirchen bey der öffentlichen herrlichen Darreichung/ hochgemelter dieser Sacramenten/ gebraucht werden?

Deßgleichen glaub ich auch / alles samptlich und sonderlich/ was von der Erbsünd und Rechtfertigung deß Sünders/ im heiligen allgemeinen Concilio zu Trient erklärt uñ beschlossen worden.

Ich bekenn auch und glaub/ daß in dem hochheiligen Ampt der Meß/ Gott dem Herrn ein wahres/ eygentliches und versöhnliches Opffer / für die Lebendige und Todten auffgeopffert werde. Daß auch in dem allerheiligsten Sacrament des Altars/ warhafftig/ leiblich/ und wesentlich zu gegen sey/ der Leib und das Blut/ mit der Seel und Gottheit unsers Herrn Jesu Christi / und daß die gantze Substantz des Brods in den Leib/ und die Substantz des Weins in das Blut Christi verwandelet werde: welche Wandlung die Christlich Catholisch Kirch Transsubstantiation, das ist/ ein Verwandlung einer Substantz in die ander/ nennet. Ich glaub auch und bekenn/ daß under einerley Gestalt der gantz unzertheilte Christus vollkommentlich/ und das wahre Sacrament sei-

nes Fronleichnambs genossen und empfangen werde. Ich glaub auch festiglich/ daß ein Fegfeuer sey/ und daß die Christglaubige Seelen daselbsten / durch die Fürbitt der glaubigen lebendigen Menschen / Trost und Hülff empfahen. Item/ daß man auch die liebe Heiligen / so mit Christo regieren/ ehren und anruffen soll/ und daß sie auch Gott für uns bitten : darzu auch/ daß ihre Heylthumb in Ehren sollen gehalten werden.

Ich halte beständiglich darfür/ daß man die Bildnüssen Christi/ der Mutter Gottes / und anderer lieben Heiligen/ haben und auffhalten/ auch denselbigen gebührende Ehr und Reverentz erzeigen soll.

Ich glaube auch für gewiß/ daß Christus der Herr den Gewalt des Ablaß/ der Kirchen gegeben hab/ auch daß desselbigen Ablaß Gebrauch der Christenheit gar heylsam sey. Ich bekenne auch die heilige allgemeine und Apostolische Römische Kirch für ein Mutter und Meisterin aller andern Kirchen. Ich verspreche auch/ und gelobe mit dem Schwur/ wahren Gehorsam dem Römischen Bischoff/ als des heiligen Petri obersten Apostels Nachkömbling/ und des Herrn JEsu Christi Stadthaltern. Dergleichen alle andere Stück/ so von den heiligen Canonen und allgemeinen

meinen Concilien/ fürnemlich aber von dem heiligen Trientischen Concilio, auffgesetzet/ verordnet/und beschlossen worden/bekenn und nimme ich unzweiffentlich an. Hergegen alle Arrthumben/ Lehr/Stück/ und Ketzereyen/ so von gemelter Catholischer Kirchen bißher verdampt/ verworffen/und verflucht seynd/ oder nachmahls verdampt/ verworffen und verflucht sollen werden/ die verdamme/ verwerffe und verfluche ich ebenmässig.

Diesen wahren Catholischen Glauben/ ausserhalb welches niemand selig kan werden/den ich da in Gegenwärtigkeit freywillig bekenn und wahrhafftig halte/ wil ich auch (mit Hülff Gottes) biß an mein letztes End/ gantz unwidersprechlich/ unverwirrt/ und unverletzt halten und bekennen. Ich wil auch/ so viel mir möglich/ allen Fleiß fürwenden/ daß dieser recht und wahrhafftig Glaub/von meinen Unterthanen/ und allen denen/ so mir under mein Sorg befohlen/ soll gehalten/ gelehret/ und geprediget werden. Das verheisse/ gelob und schwöre ich N. so helff mir Gott und die heylige Gottes Evangelia.

Im Anfang war das Wort/ und das Wort war bey Gott/ und Gott war das Wort/ &c. Joan. 1.

Suit la Profession de Foy en langue Françoise.

JE croy de ferme & constante foy, & confesse tous & vn chacun les articles qui sont contenus au symbole de la foy, dont vse la sainte Eglise Romaine ; à sçavoir.

Je croy en Dieu le Pere tout-puissant Createur du Ciel & de la terre, & de toutes les choses visibles & invisibles. Et en vn souverain Seigneur Jesus-Christ, Fils vnique de Dieu, engendré du Pere avant tous les siecles, Dieu de Dieu, Lumiere de Lumiere, Vray Dieu du vray Dieu, engendré & non pas fait, consubstantiel au Pere, par qui toutes choses ont esté faites. Qui est descendu du Ciel pour nous autres hommes & pour nôtre salut, & qui ayant pris chaire humaine de la Vierge Marie par l'operation du S. Esprit a esté fait homme, & crucifié pour nous soûs Ponce Pilate, a enduré, & a esté ensevely, & est resuscité le troisieme jour selon les Ecritures, est monté au Ciel, est assis à la droite du Pere, & viendra derechef plein de gloire & de Majesté juger les vivans & les morts, au regne duquel il n'y aura aucune fin. Je croy au S. Esprit

qui

qui est aussi Seigneur, & qui donne la vie, qui procede du Pere & du Fils, qui est adoré & glorifié conjointement avec le Pere & le Fils, qui a parlé par les Prophetes. Je croy vne sainte Eglise Catholique & Apostolique. Je confesse vn Bapteme pour la remission des pechez, & j'attens la resurrection des morts, & la vie du siecle à venir. Ainsi soit-il.

Je croy fermement, & j'embrasse les traditions des Apostres, & de la sainte Eglise, avec toutes les constitutions & ordonnances d'icelle.

J'admets & reçois la sainte Ecriture selon, & au sens que tient & a tenu cette Mere sainte Eglise, a qui seule appartient de juger de la vraye intelligence, & interpretation d'icelle, & ie ne la reçeveray iamais, n'y l'interpreteray que selon le commun accord & consentement vnanime des Peres.

Je confesse qu'il y a vrayment & proprement sept Sacremens de la loy nouvelle, instituez par nôtre Seigneur Jesus-Christ pour le salut du genre humain, encore que tous ne soient necessaires à châque particulier, sçavoir: Baptême, Confirmation, Eucharistie, Penitence, Extreme-Onction, Ordre, & Mariage, que

par

par les dits Sacremens la grace de Dieu nous est conferée, & qu'entre iceux le Baptême, la Confirmation & l'Ordre ne peuvent estre reiterez sans sacrilege.

Je reçois & admets aussi les ceremonies approuvées par l'Eglise Catholique, & vsitées par icelle en la solennelle administration de tous les susdits Sacremens. Ie croy de plus & admets tout ce qui a esté defini & declaré par le saint Concile de Trente touchant le peché originel & la justification.

Je croy qu'on offre à Dieu dans la sainte Messe vn vray, propre, & propitiatoire sacrifice pour les vivans & pour les morts; & que le corps & le sang avec l'ame & la divinité de nôtre Seigneur Jesus-Christ sont veritablement, réellement, & substantiellement au tres saint Sacrement de l'Eucharistie, & que il s'y fait vne conversion de toute la substance du pain au corps, & de toute la substance du vin au sang de nôtre Seigneur Jesus-Christ; laqu'elle conversion est appellée par l'Eglise Catholique Transubstantiation.

Je confesse aussi que l'on prend & reçoit sous vne seule des deux especes Jesus-Christ tout entier, & vn vray Sacrement.

Je

Je tiens constamment qu'il y a vn purgatoire, & que les ames qui y sont detenües, sont soulagées par les suffrages, & bonnes oeuvres de fidels.

J'avoüe que l'on doit honnorer & invoquer les saints regnans conjointement avec Jesus-Christ, que ils prient Dieu pour nous & que leurs saintes Reliques doivent estre reverées.

Comme aussi que l'on doit avoir & retenir les Images de Jesus-Christ, de sa Bien-heureuse Mere toujours Vierge, & des autres saints & saintes, en leur rendant l'honneur & faisant la reverence qui leur appartient.

Je confesse que nôtre Sauveur & Redempteur Jesus-Christ a laissé dans son Eglise la puissance des Indulgences, & que l'vsage en est tres salutaire au peuples Chrestien.

Je reconnois la sainte Eglise Catholique, Apostolique & Romaine Mere & superieure de toutes les Eglises.

Je promets & jure vne vraye obeissance à nôtre S. Pere le Pape de Rome, Successeur de S. Pierre Prince des Apostres, & Vicaire de Jesus-Christ.

Je fais profession sans aucun doute de tout ce qui a esté decidé, determiné, & declaré par les saints Canons & Conciles generaux, & specialement per le saint Concile de Trente.

Je condamne, rejette, & anathematize tout ce qui leur est contraire, & toutes heresies condamnées, rejettées, & anathematizées par l'Eglise.

Je veux persister entierement & inviolablement jusqu'es au dernier souspir de ma vie, moyennant la grace de Dieu, dans cette vray foy Catholique, hors laqu'elle il n'y a point de salut, & dont je fais presentement profession sans aucune contrainte. Je la feray aussi tenir, garder, & professer selon mon possible par mes sujets, & tous ceux dont j'auray la charge & la conduite.

Je N. promets, voüe & jure tout le dessus. Ainsi Dieu me soit en ayde, & son saint Evangile.

Au commencement estoit le Verbe, & le Verbe estoit avec Dieu, & Dieu estoit le Verbe &c. Joan. 1.

DE

DE JEJUNIIS.

§. 1. *Ejus finis & requisita.*

JEjunium naturale est abstinentia à cibo & potu in stomachum transmisso; quale à tempore mediæ noctis requiritur ad dignam Eucharistiæ susceptionem.

Jejunium Ecclesiasticum, quod ad peccata expianda, & corpus in servitutem redigendum, animumque promptiùs Dei voluntati subjiciendum, est institutum, tria requirit (1.) *Abstinentiam à carnibus.* (2.) *Unicam solùm refectionem.* (3.) *Certum refectionis tempus*, ut videlicet non prandium sed cœna sit. Posterioribus tamen sæculis, cum propter animi & corporis infirmtatem, homines tamdiu in jejunio non perseverarent, communi Ecclesiæ consuetudine anticipatum est tum cœnandi, tum etiam per quadragesimam officii divini tempus. Eâdemque occasione si post tam maturam diei refectionem nihil amplius cibi sumerent, difficilè noctu somnum capere possent, per consuetudinem introducta fuit nocturna collatiuncula, quæ notabiliter major non sit, quartâ parte ejus quantitatis, quæ ad integram cœnam sufficeret.

§. 2. *Quibus diebus jejunium ab Ecclesia sit præceptum?*

In { Quadragesima.
quatuor anni temporibus, videl. Mercurii, Veneris & Sabbathi diebus.

Vigilia. { Nativitatis Domini.
* Matthiæ Apostoli.
Pentecostes.
* Nativitatis S. Joannis Bapt.
Beatorum Petri & Pauli Apostolorum.

Vigilia.
- S. Jacobi Apoſtoli.
- S. Laurentii Martyris.
- Aſſumptionis B. M. Virg.
- S. Bartholomæi Apoſtoli.
- S. Matthæi Apoſtoli.
- SS. Simonis & Judæ Apoſtolorum.
- Omnium Sanctorum.
- S. Andreæ Apoſtoli.
- S. Thomæ Apoſtoli.

* Si Vigilia S. Joan. Baptiſtæ, incidat in feſtum corporis Chriſti, non eſt Jejunium, nec abſtinentia à carnibus. ex Urbani VIII. Papæ die 13. Octob. 1638. editâ Conſtitutione, eò quòd cum ſumma populi lætitia tanto Sacramenti inſtitutio recolatur.

* Si feſtum S. Mathiæ Apoſtoli fuerit in die Cinerum, in foro ſervatur feſtum, & jejunium, ſed pridiè in Vigilia feſti non jejunatur.

Dominica Quinquageſimæ Paſtores, Concionatores & Catechiſtæ publicent jejunium quadrageſimale, monendo auditores ſuos ut à die cinerum uſque ad Vigiliam Paſchæ incluſivè omnibus diebus (exceptis dominicis quib⁹ duntaxat abſtinentia ſervatur) ſub reatu peccati mortalis jejunium ſervent, niſi ob cauſas ~~infra ponendas~~ legitimas, à jejunio perfecto excuſentur. Diſpenſatio ſuper ovis & lacticiniis per quadrageſimam in hac diœceſi jam in conſvetudinem deducta ~~videtur~~ est, præterquam ~~quòd tribus diebus quatuor temporum & in~~ in ultima ſeptimana ad majorem rigorem ab ovis abſtineatur. ex ſola devotione

Alii jejuniorum dies etiam in Dominica antecedente publicentur. Atque ut jejunia accuratè ſerventur, magiſtratus ſæcularis omnia macella claudi, nec cuiquam vendi aut apponi curet.

§. 2. *Dies abſtinentiæ ſeu jejunii imperfecti.*

Omni feriâ ſextâ & Sabbatho totius anni à carnibus duntaxat abſtinetur (exceptis illis qui inter quadrageſimam & quatuor tempora jam ſupra ut perfecti jejunii dies connumerantur) quos dies honori dominicæ paſſionis, & Bmæ. Deiparæ Virg. majores noſtri, atque in hac

hae diœceſi adeò ſacros jejunio habuerunt, ut uſque ad tempora Baldvini Archi-Epiſcopi feriis ſextis, ovis & lacticiniis abſtinuerint; Quodſi verò feſtum Nativitatis Domini in alterum eorum dierum incidat, tunc propter feſti excellentiam, ~~omnibus voto non prohibitis~~, carnibus veſci licet. *Annal. Trevir. circa annum 1345.*

Secundâ, tertiâ, & quartâ rogationum feriis: Item in die S. Marci Evangel. (niſi cadat infra octavam paſchæ, aut in dominicam) ab eſu carnium abſtinetur.

§. 4. *De cauſis liberantibus à jejunio.*

PRima: *Ætatis imbecillitas.* quare pueri & puellæ ante 21. annum completum non obligantur ad jejunium perfectum. Similiter ſenes: circa ejuſmodi ſeniũ: quod à jejunio excuſet, certum tempus ſeu annorum numerus nequit ſtatui, ſed conſiderandus eſt virium defectus.

Secunda cauſa: *Infirmitas Corporis.* Hac ratione excuſantur ægroti, convaleſcentes, qui infirmâ admodùm complexione ſunt, lactentes, prægnantes. Tertia eſt, *Paupertas.* Qualis eſt eorum qui oſtiatim mendicant, & univerſim qui habere non poſſunt quod ad unicam refectionem ſufficiat.

Quarta: *Labor Corporis*, qui cum jejunio facilè non conſiſtit, cujuſmodi eſt Agricolarum, fabrorum, ſutorum, curſorum, famulorum & famularum qui majoribus laboribus occupantur. Quinta. *Pietas.* videlicet ut operi præſtantiori vel majoris momenti quis incumbere poſſit, v. g. infirmarii, concionatoris, ludimagiſtri.

Circa diſpenſationem advertendum eſt, minorem cauſam ſufficere eamque privatam, ut cum uno vel paucis diſpenſetur: majorem verò & publicam ut cum integra communitate diſpenſetur. Diſpenſatio autem ab Epiſcopo petenda eſt; Abſente tamen Epiſcopo Parochus cum uno vel paucis, non autem cum integra communitate diſpenſare poteſt.

553

DE FESTIS FORI.

§. 1. Quæ festa in foro ex præcepto celebranda.

vid Agend: Pad: festos dies &c usq; ad finē numeri 2

URbanus Papa VIII. idib. Septemb. 1642. ad relationes diversorum Archi-Episcoporum & Episcoporum factas, quòd in diœcesibus multitudo festorum devotione atque consuetudine novâ ita crevisset, ut multi dubitarent quænam ex præcepto, quæve ex libera voluntate essent servanda: pietatis etiam fervor non solùm ob multitudinem tepesceret, sed & pauperum, quòd ad quotidiani victûs laboribus suis comparandi necessitatem damnosa existeret, clamor frequens audiretur decrevit infrascriptos dies festos solùm ex præcepto colendos esse, utpote quos universalis Ecclesiæ consvetudo approbasset, scilicet:

Dominicas totius anni dies.
Nativitat. D. N. JESU CHRISTI.
Circumcisionis.
Epiphaniæ.
Resurrectionis, cum duabus sequentibus feriis.
Ascensionis.
Pentecostes, cum duabus sequentibus feriis.
Sanctissimæ Trinitatis.
Solennitatis Corporis Christi.
Inventionis S. Crucis.
Deiparæ Virg. Purificat. Annunt. Visitat: Assumpt. & Nativitat. Præsent. Concept. Immaculatæ
† S. Josephi ℞ S. Annæ ℞
S. Michaëlis Archangeli Dedicationis. B. M. Virg.
Nativitatis S. Joannis Baptistæ.
Apostolorum Christi Domini, SS. Petri & Pauli. ‡
S. Andreæ. S. Jacobi. S. Joannis. S. Thomæ. SS. Phi.

‡ Conversionis S. Pauli

SS. Philippi & Jacobi. S. Bartholomæi. S. Matthæi.
SS. Simonis & Judæ. S. Matthiæ.
S. Stephani Protomartyris.
SS. Innocentum. S: Mariæ Magdalenæ
S. Laurentii Martyris.
S. Sylvestri Papæ & Confessoris. S. Martini Episcopi
S. Josephi Sponsi Deiparæ. S: Catharinæ V: et M. quod celebrat in hac diœcesi anno 1675. in patronum Rom. Imperii assumpti. Dominica Lætare
S. Annæ matris Deiparæ. quod celebrat in hac patria postri: die B: V: Assumpt.
Omnium SS. Solennitatis. S: Lingeri patroni diœcesis F.
F celebrat dominicâ post paschæ
Adhæc Conceptionis Immaculat. B. M. Virg.

ex monitu invictissimi religiosissimique Imperatoris *Ferdinandi II.* in perpetuam victoriarum memoriam contra hæreses Imperii singularis patronæ, quod festum sicut per Diœcesin Coloniensem solenniùs celebratur: ita etiam ex Emi Archi-Episcopi Trevirensis *Caroli Caspari &c.* piiss. memoriæ ordinatione in hac diœcesi Trevirensi celebratur in foro solenniter, attento quòd juxta Urbani VIII. constitutionem, principalior patronus in foro festivè celebrari possit: hujus autem Diœceseos Patronus S. Matthias inter festa Chori reperiatur, sicque numerus festorum respectu aliarum diœcesium non adaugeatur.

patroni cujuscunq; parochiæ in eadem particulariß celebrandß.

§. 2. *Qualiter servanda sint Festa: & quæ ab observatione eorum excusent?*

PRimò abstinendum ab operibus servilibus, videlicet per integrum illum diem, incipitque à medio noctis usque ad alterum noctis medium, præterquam si quæ vel jure vel consuetudine permissâ sint, quâ ratione concessum est diebus festis cibos coquere propter necessitatem. Ad hoc propositum expedire visum fuit apponere Romæ datam. Sac. Congregat. Rituum declarationem.

Con-

Congregatio censuit licere diebus festis dare operam rebus ad vitam necessariis, ac tempore perituris, præsertim tempore vindemiarum ac messium, & recollectionis fructuum, vel si quæ necessitas urgeat, ac suadeat pietas. Cæterùm quoniam verendum est, ne privatis affectibus domesticarumque rerum studio aliqui eò perducantur, ut hâc sacrorum Canonum indulgentiâ in aliis etiam casibus abutantur; iidem Patres Illustriss. adjiciunt ad ordinarii cujuscunque judicium ac censuram pertinere, ut dignoscat num verè ulla ex causis præscriptis subsit, propter quam liceat diebus festis rebus servilibus vacare, ut nec dierum festorum observantia ulla in re violetur, nec opera illis diebus summa cum ratione permissa impediantur.

Hieron. Card. Matth.

Ex quo patet quorundam parochorum gravis error dum ejusmodi judicium, seu censuram quandonam opera servilia in die festo liceant, sibi arrogant, gravior verò eorum qui absque causis prædictis, nec habitâ Ordinarii licentiâ, diebus festis famulos parochorum pro suis frugibus demetendis adhibuerunt. Pro locis tamen qui ultrà diætam ab ordinariatûs nostri Vicariis, distant, concedimus facultatem parochis si diebus qui festum præcedunt pluvia collectionem messis aut uvarum vel abductionem impediviſſet, festo autem die aeris serenitas exoriatur, ut postquam quo ad officium divinum Ecclesiæ præcepto satisfactum fuerit, parochianis collectionem messis aut uvarum permittere possint.

possint. Inhibemus autem Parochis translationem quorundam festorum, eo fine à quibusdam ante hac malè practicatam.

Ad hunc paragraphum, qualiter festa sint observanda? etiam pertinet, quod mercatus & nundinæ diebus festis exerceri non debeant, & ab Ordinario id prohiberi, & inobedientes puniri possint. Ad quod Constitut. Pii V. Papæ. quæ incipit. Cùm primum §. cum verò dierum festorum &c. sicut & sequens declaratio Sac. Congregat. occasione nundinarum Recanat. edita subserviunt.

Præceptum de dominicis & festis diebus sanctificandis & observandis sub prætextu mercatuum, nundinarum, & feriarum, nullatenus esse violandum. Cæterùm his diebus licere Agasonibus ac aliis jumentorum vectoribus seu merciumconductoribus, bajulis & aliis hujusmodi servientibus ac ministris, sarcinas & onera nundinarum causâ exonerare & deponere, incæptumque iter, missâ tamen priùs auditâ, transeundo prosequi & continuare. Non autem debere sarcinas componere & jumenta onerare ad iter de novo incipiendũ. Neq; Mercatoribus aut aliis civibus & viatoribus, iis diebus, etiã clausis apothecis merces vẽdere, emere aut asportare licere, nisi tantum ad victum necessaria. Aut alia minuscula & modici momenti opera jã confecta & elaborata pro transeuntiũ hospitum advenarũ, & externorum urgenti & præsentanea necessitate & opportunitate. In quo partes erunt Episcopi

propositis edictis providere ut inprimis hi festi dies debitâ observatione colantur, simulque populorum eò confluentium necessitatibus, quantùm sine divina offensione fieri potest, consulatur.

Secundò abstinendum est diebus festis magis quàm aliàs à peccatis & ab omnibus inordinatis & ad peccatum communiter inducentibus actibus, quales sunt commessationes, ludi, choreæ, saltationes, venationes, &c. nisi cum terminis moderationis & discretionis, honestæ recreationis causâ, & absque officii divini neglectu fiant.

Tertiò diebus istis vacandum maximè piis operibus, *etiam collectis* (seu eleemosynis) *quæ fiunt in Sanctos* (pauperes Christianos) missa integra ab omnibus fidelibus, qui rationis usum habent, audienda, cum præsentia non solùm corporis, sed animi piâ intentione, nisi causa justa ab ea auditione excuset. Monendus etiam populus (non autem cogendus) ut in parochiali Ecclesia sua missam audiat. Satisfacit enim si in Ecclesia Regularium audiat, juxta declarationem Leon. X. Papæ Romæ 13. Novemb. 1517.

1. Cor. 16

Obligatio abstinendi ab operibus servilibus est sub peccato mortali: similiter & audiendi missam: à priore excusat necessitas publica aut pietas v. g. si quædam paranda sint ad communem festivitatem. A posteriore obligatione excusant impotentia spiritualis v. gr. si sis interdictus. Corporalis, aut moralis. Item consuetudo cum consensu Ecclesiæ seu Prælatorum introducta, qualis est, puerperæ usque ad introductionem, qui custodiunt castra, puerum, qui ob inquietudinem in templo quin alios perturbet contineri non potest, aut domum, aut qui ægris solatio sunt. &c.

sess. 25. cap. 21. Postremò hìc addenda est monitio Sac. Concilii Tridentini: de delectu ciborum, jejunio & diebus festis.

Insuper hortatur S. Synodus & per sanctissimum Domini nostri, atque Salvatoris adventum pastores omnes obtestatur, ut tanquã boni milites,

milites, illa omnia, quæ S. Rom. Ecclesia omnium Ecclesiarum mater & magistra statuit, nec non ea, quæ tam in hoc Concilio, quàm in aliis œcumenicis statuta sunt, quibuscunque fidelibus sedulò commendent, omniq; diligentiâ utantur ut illis omnibus, & iis præcipuè sint obsequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, ut ciborum delectus & jejunia vel etiã quæ faciunt ad pietatem augendam : ut dierum festorum devota & religiosa celebratio: *admonentes populos crebrò, obedire præpositis, quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient: qui verò contemnunt, Deum ipsum ultorem sentient.*

DE OFFICII DIVINI UNIFORMITATE.

IN Ecclesia omnia honestè & secundùm ordinem fiant: Lex est divina. Ordo autem potissimùm conservatur, si utrobique officium divinum fiat juxta Missale, Breviarium, Agendáque Trevirensia: idcircò etsi Pastor pro sua privata devotione Breviario Rom. utatur, nihilominùs Trevirensi oportebit eum esse instructum, cùm in rubricis quò ad officium divinum, anticipationem, aut translationem quorundam festorum & jejunii dierum nonnunquam habeatur instructio specialis, quarum rubricarum neglectu, aut ignorantiâ, difformes praxes inter diœceseos nostræ parochias sunt animadversæ. Officium divinum eo tempore, quod parochianis in genere est commodiùs præsertim diebus dominicis, & festivis accuratè celebretur: hyemali, horâ nonâ, nisi alicubi filiales ita distarent, ut circa eam necdum adesse possent : æstivo horâ octavâ. 1. Cor. 14.

In urbibus tamen, & oppidis & quò filiales pagi non conveniunt, tempus conſuetum, ſimiliter pro veſperis, catechesi, aut Salve Regina, obſervabitur.

DE JURIBUS STOLÆ.

IN Concilio Provinciali Treviris ſub Archi-Epiſcopo Joanne de Iſenburg prædeceſſore noſtro bonæ mem. anno 1549. celebrato, determinata quidem (extra Baptiſmi & Pœnitentiæ Sacramenta liberaliter adminiſtranda) fuerunt jura ſtolæ: interim tamen in his ſive ex ordinatione juxta ruralium decanatuum diverſas ſituationes, ſive ex parochianorum conventione diverſa, ſive etiam ex introducta conſuetudine difformitatem videmus. Idcircò cujuſcunque loci conſuetudinem quietam & pacificam obſervari, nec à Parochis innovari præcipimus, donec à Nobis aut Succeſſoribus noſtris aliud deſuper determinare conſultum & placitum fuerit. Improbamus interim, inhibemus, & caſſamus, ſi absque noſtra ſpeciali licentia alicubi à quocunque, etiam tempore Synodi aut viſitationis in puncto jurium ſtolæ quidquam innovetur. Paſtores ſimul commonendo ut circa parochianos, quos quandoque inopiâ premi noverunt benignæ commiſerationis, aut in toto, aut pro parte remittendo nullatenus obliviſcantur.

DE MINISTRIS ECCLESIÆ.

§. 1. *De Decani Ruralis Officio.*

PRæcipuum Decani officium eſt, parochorum eorundemque Vicariorum, ac ovium ſibi, & illis commiſſarum vitæ, & moribus, converſatione, & doctrinâ ſuâ ſuperintendere, aliisque invigilare; limites ſui Decanatûs, templa, cœmeteria, domus parochiales, vineas, agros, an bene ſint culti, præſertim etiam ſcholas perluſtrare, de numero juventutis ſcholaſticæ, & quæ emaneat à Ludi-Magiſtris accuratum catalogum exigendo, ſe informare, de reliquorum ſubditorum vita inquirere, incorrigibiles, ſcandaloſos, concubinarios, aliosque juxta conſtit. Prædeceſſoris noſtri Archi-Epiſcopi Lotharii piiſſ. mem. Anno 1622. ſuperioribus denuntiare.

Inventarium ſacræ ſuppellectilis de ſingulis Eccleſiis & jurium, ſicut & capellarum, altariumque copiam habeat. Computationes fabrica-

bricarum, ut tempore constituto benefiant, solicitè curet juxta subjungendam infra in rubrica Ecclesiarum Magistri uberiorem informationem.

Cùm etiam Decani partes exigant, ut capitula quotannis convocando Pastores celebret, omni solicitudine attendat, ut quicunque animarum regimini se se impendunt, sive in qualitate Pastoris, sive Vicarii perpetui: litteras Archi-Episcopalis aut Archi-diaconalis investituræ, nec non commissionis regendi, seu approbandi exhibeant. Si quid dissidii inter Pastores animadverterit, compositione fraternâ & amicabili studeat sopire graviora autem Officiali aut Fiscali deferet.

Quoties Capitularium aliquem periculosè infirmari intellexerit, eundem invisat, faciatque, ut Sacramentis muniatur, domuique suæ disponat, vel maximè tunc in memoriam revocando Salvatoris nostri saluberrimam instructionem: Date Eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. & illorum S. Hieron. in Ep. ad Nepot. *Nec memini me legisse malâ morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuerit;* quæ, quamvis omnes Christianos concernant, maximè decent Ecclesiasticos juxta ulteriora loc. cit. gloria sacerdotum, est pauperum inopiæ providere, & si infirmus (nisi id providè ante fecisset) dispositionem ultimam erigere vellet, sufficit id coram Parocho, & duobus testibus, ex privilegio SS. Canonum, ut anno 1682. die 5. Martii Archi-Episcopali decreto nostro Treviris, & Confluentiæ in Consistoriis nostris publicato, declaravimus fieri: quod, ut promptiùs agatur, Decanus de formula dispositionis bene ordinata sibi prospicere posset: sique infirmum Clericum vivis excedere contingat, curam decentis habeat sepulturæ, sicut & executionis piorum legatorum, nec non in quo statu domus parochialis ab hæredibus defuncti relinquatur, & ad Neo-Parochi succedentis ingressum, descriptionem, seu inventarium statûs domûs adhibitis duobus synodalibus fideliter conficiat, & hoc ipsum cum Parocho & synodalibus subscribat, & scriptis Capituli, seu Decanatûs pro memoria futura adjiciendo conservari faciat.

§. 2. *De Pastoris vita, familia, re domestica, conversatione cum grege & sacris functionibus.*

DIgnitatem & sanctitatem muneris pastoralis, seu animarum curatoris

ratoris,& obligationem in exemplo bono præbendo innuit gentium Doctor,dum ad gregis Christi curam sibi ascitum socium hisce instruxit: *Esto exemplum fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, & castitate.*

Exemplum fidelium, ab hoc utique Pastores dicimur, non enim in SS. litteris qui vitæ pabulum seu animæ cibum gregi Domini præbent, sed illi boni Pastores dicuntur, qui oves suas præcedunt, & certum ac directum iter ad cœlestem beatitudinem ingrediuntur, adeoque exemplo demonstrant, ac tales etiam ipsæ oves requirunt, cùm nihil sit, quod ad pietatem, Deique cultum magis instruat, quàm probata vita & exemplum, eorum præsertim qui divino se dedicarunt ministerio: nihilque econtra majorem rerum divinarum contemptum pariat,atque eorum improbitas. Unde ejusmodi perversos, qui exemplum bonum negligunt, acriter arguit Dominus: *Væ Pastoribus Israël,qui pascebant semetipsos: nonnè greges à pastoribus pascuntur? lac comedebatis, lanis cooperiebamini, gregem autem meum non pascebatis.* Ezech. 34. Ubi illud væ quod alibi maledictis est comminatio, mortiferam culpam juxta Theologos ac script. interpretes, designat.

In verbo in conversatione. De verbo diximus supra de prædicatione ejusdem, cui, ut respondeat conversatio, necessarium est: vita enim animarum curatoris oportet, ut sit velut Aaronis virga, non tantùm folia, sed & flores & fructus producens, in verbo in conversatione, non tantùm doctrinam, sed & conversationem odoriferam habens, quid enim juvant verba sacræ doctrinæ, si conversationis exemplo infructuosa reddantur? de quibus dici potest: *Vox quidẽ vox Jacob est: sed manus sunt Esau:* Gen. 27. Vox pii viri, sed exemplum in conversatione sive opera sunt hominis impii.

In charitate. Tantùm debet (inquit Chrys.) is, qui præest, excellere charitate, quantùm Saul, dum eligebatur, cæteros

cæteros præcellebat corporis magnitudine, ab humeris namque sursum. Unde primarius Pastor Petro commissurus gregis sui curam tertiò interrogat de dilectione: *diligis me plus his?* nihil profectò habet viriditatis ramus boni operis, nisi prodeat ex radice charitatis, quam etiam oportet esse geminam videlicet Dei & proximi: Pastor enim seu curator animarum quodlibet ministerium obiens, ad illud moveri debet zelo honoris divini, & zelo salutis proximi. In charitatis officio, duo maximè providenda sunt. Ioan. 21. cap.

Unum ut prudenti discretione utantur, & quæ præcipua pastoris virtus est, animi magnitudine, tum erga omnes, tum potissimùm erga eos, quos per humanam fragilitatem peccare contigerit, ne dum animis mederi studeant, truculentiore hominis specie desperationem injiciant: cùm plus sæpe erga corrigendos benevolentia agat, quàm austeritas, plus exhortatio, quàm comminatio.

Alterum verò est ut magno adhibito studio curâque caveant, ne nimiâ familiaritate, aut comitate suâ, seu facilitate authoritatem & existimationem in contemptum inducant, hæc enim nisi maturâ severitate usuque temperetur, dici vix potest, quàm facilè parochis labem & cœnum aspergant, præsertim, si eò se demittant, ut corporis recreationes etiam non malas cum illis suscipiant, aut solutiore animo jocis, & facetiis utantur. Unde facilè conjicere poterit Parochus, quòd authoritatem etiam adimat tabernarum publicarum ingressus, provocatio ad æquales haustus, vino se obruere, chartis, aut aleis ludere, ludentes spectare, choreis & tripudiis se adjungere, inanibus spectaculis interesse, vana colloquiis immiscere, aut sales mordaces; quæ omnia cavenda voluit Apostolus, dum monuit: *Nemini dantes ullam offensionem, ne vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos ut Dei ministros.* Sicut autem virtutes cæteræ, sine geminâ Dei, & proximi charitate, nec animam habent, nec vitam, nec Deo placent, nec ullum placant; quod potissimum de charitate verum est, prout Doctor mellifluus, hoc ipsum scitè, expressit: *Castitas sine charitate lampas est sine oleo, tolle oleum, lampas non lucet; tolle charitatem, castitas non placet.* 2. Cor. 6. S. Bern. ep. 42.

Et

Et castitate. Omnem cogitationem suam, dies, noctesque eò impendat curatus, ut purâ mente corporis castitatem jugiter sectetur, & si ullis aliis, tum sibi potissimùm omnem libidinem & turpitudinem fugiendam, ac prorsus interdictam esse meminerit, certò sciens nihil justius exigi ab Ecclesiæ Ministris, nihil cum majore dignitate nihil cum fructu, & dulcedine spiritûs majore; nec est quod quis de rei difficultate conqueratur, cùm enim qui castitatem à nobis requirit Deus, castitatis vim, & facultatem inserat, cordibus nostris per Spiritum suum S. hic autem spiritus bonus petentibus detur à Patre cœlesti:

1. Cor. 10. *qui non patitur nos tentari supra id quod possumus;* quisquis non videt, quidquid ex hac parte delinquitur, ex nostra desidia, & negligentia fieri, ut qui Deum non eâ, quâ par est fide, invocamus, & studium non habemus, quod oportet? ac propterea paratas à justitia divina pœnas minimè defuturas, nisi qui corpora sua Christo & æternæ pudicitiæ consecrarunt, ea casta puraque conservent; si qui se contaminârunt, ad eximiam hanc verèque evangelicam virtutem totos iterum revocent atque convertant, sanctificationem perficientes in timore Dei.

Quoniam verò permagni refert non modò causam è medio removisse, sed & omnem occasionem, quâ vel periculum innocentiæ, vel scandalum, quoquo modo procreari possit, antiqua est, & probata Concilii Nicæni sanctio, quâ cavetur, ut neque Episcopo, neque presbytero, neque Diacono, neque ulli Clericorum omnino liceat habere secum mulierem extraneam, nisi fortè mater, aut soror, aut avia, aut amita, vel matertera sit: in his namque personis, omnis, quæ ex mulieribus est, suspicio declinatur. Quemadmodum & Trident. Concil. non concubinas tantùm prohibet, ipsas impudicitiæ sordes, verùm etiam quascunque mulieres, de quibus vel suspicio haberi potest.

Qui igitur sibi, uti revera debet, in re tanti momenti, in qua de animæ, & quidem ejusmodi periculo agitur, cui subvenire pœnitentia non potest, nisi ipso facto vitetur, consulere desiderat, his tam necessariis & salutaribus Ecclesiæ constitutionibus obsequatur, necesse est; & non patiatur, se tanto, tamque manifesto Ecclesiæ incommodo, suoque sempiterno exitio, ita imprudenter ad inferni cruciatus præcipitem agi.

Quod si verò fuerit, qui divinam ultionem subire, quàm monitus vitam emendare malit, ille sanè se dignum probaverit, qui & hìc non

pœnas

pœnas tantùm à SS. canonibus constitutas pro meritis subeat, verùm etiam exigente morbi gravitate à curatorum officio omninò deponatur.

Ex magnitudine igitur rei, & pondere necessitatem metiendo, vitam ac familiam instituat suâ professione dignam, sicque domesticos suos informet, atque erudiat, ut ex eis parochiani quoque ad pietatem, quod imitentur, sumant exemplum.

Eam etiam victitandi rationem ineat, quæ parsimoniæ conveniat, & frugalitatis præbeat exemplum, ante omnia sobrietatem in mensa servans apud quoscunque fuerit, in habitu reliquoque corporis cultu decentem modestiam, ut juxta edictum nostrum *ab omnibus per decentiam habitûs extrinseci morum intrinsecorum honestas ostendatur*; Anno 1680. 17. Aug. nec vestibus utatur nimiùm exquisitis, quod elati animi indicium est: nec sordidis impuris neglectísve, multò-minùs laicalibus, aut prophanis, sed ordini, & dignitati congruentibus.

Pari studio supellectilem componat, ut cum honestate utilitati inserviat, & non ad ostentationem seu pompam, aut armis militum more: quorum loco libris, statui suo deservientibus, orationibus & jejuniis rectè se munierit, neque canibus venaticis multò minùs tabellis lascivè pictis aut libris obscœnè scriptis: nihil ut in tota domo appareat, quod à sancto instituto sit alienum, aut Dei zelum, & vanitatis contemptum non præ se ferat: seque agnoscat non ad propria commoda, aut luxum, sed ad labores & solicitudines pro Dei gloria vocatum esse.

Si autem ut præfertur animi, ac vitæ puritas ad divinæ legis vim tradendam requiritur, ea quoque requiritur ad administranda Sacramenta, maximè verò ad conficiendam Eucharistiam & Sacrificium, in quo author ipse sanctitatis continetur, & fons, à quo ad nos manat, quidquid est rerum bonarum. Quare evigilet tandem Parochus deque hujus sacrificii necessitate, ac cœlesti vi ita suos edoceat, ut intelligant, non certam tantùm, sed potissimam rationem Dei colendi, & salutis consequendæ in hoc jugi sacrificio consistere, atque ob id non solùm non negligendum sed intimi animi ardore frequentandum esse, ne ipsorum culpâ eveniat, ut hic tantus thesaurus cœlestium virtutum, Deique erga nos immensæ charitatis munus, frustra in eos collocatum videatur.

Ad quod præstandum, Parochus diligenter notet. Primò ut ex mandato S. Trident. Synodi frequenter ex illis, quæ in Missa leguntur, aliquid exponat: atque inter cætera sanctissimi hujus sacrificii mysterium aliquod declaret: diebus præsertim Dominicis, & festis.

Quia verò maximè decet sacris & tremendis mysteriis præter solennes ritus, quibus eorum majestas ostenditur, cultum & munditiam externam adhibere, quò quantum est in nobis, sanctitati eorum consulatur, & populus fidelis magis ad sublimium rerum, quæ in eis occultatæ sunt, contemplationem erigatur cura diligens à Parocho adhibeatur, ut in altaribus decenter ornata & mundata sint omnia: uti sunt lintea, pallæ, calices, purificatoria, corporalia, vestes, urceoli, & quæcunque alia ad hujus sacrificii confectionem necessaria, quorum pleraque ut calices, patenas, purificatoria, corporalia ne tangi quidem licitum est (extra summam necessitatem) nisi à consecratis, à quibus etiam solis eluenda & mundanda sunt; Idque creberrimè, ne quid minùs nitidum perspiciatur. An enim non turpe est, & ingens peccatum, quem sindoni mundæ mortuum, secundùm corpus imposuerunt Christum videlicet Dominum nostrum; jam vivum, & nunquam moriturum ea immunditiâ excipi, quæ ne in prophanis quidem deceat.

Hæc ferè sunt, quæ maximè à Pastore observari oportet, reliqua enim quæ in hac parte providenda esse videntur, ad hæc ipsa capita rediguntur, aut in informatione de Sacramentis inserta, & explicata sunt, ut in nullo magis enitendum Pastori, quàm ne quid horum segniter, sed omnia insigniter præstet; Quo tandem, postquam laboribus pro Christi gloria, & animarum salute perfunctus, diem suum obierit, sit dignus, qui cum Christo principe Pastorum, fidelium servorum aut operariorum numero adscribatur supra multa constituendus.

DE COOPERATORIBUS IN CURATIS aliisque functionibus.

ATtendat Pastor ut nullus Sacerdos sive sæcularis, sive regularis, etiam exemptus, ad ministrationem Sacramentorum & præcipuè Confessionum audiendarum munus, aut prædicationem

tionem verbi divini, in Ecclesia sua publicè sibi sumere audeat, nisi doctrinâ, moribus & vitâ probatus fuerit à Nobis, nostro Vicario in spiritualibus, aut officiali approbationem, aut benedictionem ad prædicandum obtinuisse fidem debitam fecerit : privilegiis contrariis quibuscunque & consuetudine etiam immemoriali non obstantibus.

Hanc constitutionem pastor in admissione concionatorum ideo diligenter observet, quòd decreto magni Concilii Lateranensis, omnes qui prohibiti, vel non missi, præter authoritatem ab Apostolica Sede, vel Episcopo loci susceptam, publicè vel privatim prædicationis officium usurpare præsumpserint, excommunicationis vinculo innodari, & nisi quantocyùs resipuerint, alia competenti pœnâ plecti jubeantur.

Non permittat pastor ulli vago, ignoto, peregrino sacerdoti, sive sæculari, sive regulari in sua Ecclesia parochiali aut filiali celebrare, aut alios actus sacros, seu functiones exercere, priusquam de ordinatione ritè adepta, deque vita, moribus, eruditione, & titulo fidem fecerit per ordinarii sui seu respectivè superiorum suorum litteras, aut publica instrumenta, nulloque Ecclesiastico impedimento se ab executione Ordinis arceri : & à nobis aut vices ad id gerentibus licentiam in scriptis habuerit.

Pastoris etiam munus est, ne sacrarum fundationum jura in sua Ecclesia intercidant : idcirco curabit, ne Altaristæ, aut Primisarii quidquam, quod eorundem functioni incumbit, negligant.

INSTRUCTIO DE SYNODALIBUS.

SYnodales ita dicti ex Majorum nostrorum traditione quod in parochiali synodo ceu scabini Ecclesiarum parochialium, & post parochum sint præcipui, & fidelitatis juramento Ecclesiæ obstricti: quorum munus versatur tum circa externa temporalia bona ac Ecclesiæ jura, tum verò circa spiritualia, bonam nempe morum ac vitæ disciplinam.

§. 1. *Prior pars officii ſynodalium, quod eos paſtor docebit.*

PRimò, ut bona temporalia Eccleſiarum, confraternitatum, imò & ipſum templum unà cum cœmeterio & domo paſtorali, & ſchola in ſtatu bono conſerventur; neque vites aut arbores ad Eccleſiarum, aut ejuſmodi domorum parietes plantentur ad damna à radicibus & ramis præcavenda. Annuæ examinationi rationum aut computûs Eccleſiæ, ſi non omnes, ut expenſis parcatur, ſaltem ſenior & junior adſint, hic ut diſcat, alter ut informet ſuper Eccleſiæ ſtatu. Inſuper poſt decurſum decennii bonorum illorum deſcriptio cum confinibus ſeu terminis renovetur, & ocularis inſpectio ſumatur. Quoniam conſtitutiones diœceſanæ Anno 1668. publicatæ illa credita aut debita reliquis præferri præcipiunt, quæ judiciales hypothecas protocollo ejus judicii, ſub cujus jurisdictione ſunt ſituata inſcriptas habent, idcirco paſtor & ſynodales debitores Eccleſiæ coram protocollo judicii præſentibus duobus ejusdem judicii ſcabinis ſiſtant & debita Eccleſiæ inſcribi curent: ne deinceps experiri oporteat Judæorum credita ob eorum in hoc paſſu vigilantiam, præferri creditis Eccleſiarum, dumque debitorum facultates utrisque non ſufficiunt, ablatâ per eos ſubſtantiâ pro Eccleſia nihil ſupereſſe, quod aliàs negligentiæ Paſtoris & Synodalium adſcribetur.

Deinde faciant, ut reditus & bona ad fabricam aut alium uſum Eccleſiæ, confraternitates, Parochum, aut quoſcunque Eccleſiæ miniſtros, ſpectantia in libro, quem illi in ciſta aut loco congruo aſſervabunt, fideliter annotentur.

Bona ejusmodi immobilia nullatenus abſque conſenſu Ordinarii in ſcriptis recepto dividantur: quod ſi ſecus fiat, contractus de jure nullus, talis declarabitur; & qui illam alienationem attentaverint, pœnâ arbitrariâ noſtro Archi-Epiſcopali Fiſco, aut Eccleſiæ aſſignandâ mulctabuntur. Elocationes ejusmodi bonorum non fiant ultra ſexennium. Si quæ vineæ prorſus incultæ remanſiſſent, quas nemo pro tam paucorum annorum emolumento vellet excolere, elocentur ad tempus arbitrio bonorum virorum, dijudicandum eâ conditione, ut totum emolumentum exinde conductor pro impenſis & labore recipiat, & tempus locationis tali vel alio modo abbrevietur, ne elocatio longior ſpeciem alienationis bonorum, quæ à SS. Canonum præſcriptis eſt aliena, proferat.

§. 2.

§. 2. *Posterior pars Officii Synodalis.*

EST, ut cultus Dei, & disciplina Christiana inspectione synodalium concurrente meliùs conservetur, præcepta decalogi, Ecclesiæ & piæ consuetudines accuratiùs observentur: cumprimis juventus in doctrina Christiana instruatur: fietque bene, si nomina juventutis scholasticæ videlicet à septennio usque ad undecimum completum ætatis annum, quam ad scholas mitti oportet, descriptionem habeant, annuè aut biennio renovari curent, ut eò promptiùs neglectus animadverti possint. Si quæ ad correctionem denuntianda observaverunt, ea verò ipsimet annotare nequeant, singulis quatuor temporum dominicis à Pastore id secretò fieri curabunt.

Si in proclamatione sponsorum aliquod impedimentum canonicum aut ipsi sciant, aut ab aliis audiant, id etiam quantocyùs Pastori deferant, ne cum Dei offensione contra ejus aut Ecclesiæ legem matrimonia contrahantur.

§. 3. *Quando & quam mulctam Pastor & Synodales indicere possint?*

DUbium oriri posset, an Pastori cum Synodalibus authoritas mulctandi sit tribuenda? tum quia talis coercitio, seu mulctandi authoritas est actus jurisdictionis fori exterioris, Pastoris autem officium videlicet regimen animarum forum conscientiæ sive internum tantummodò concernit, tum etiam quia alia pro jurisdictione exterioris fori scientia requiritur: tum denique quia parochianorum amor erga Pastorem per mulctationem facilè extinguitur. Nihilominùs cùm prior agendorum pastoralium liber, sub titulo quid custodes docere debeat Pastor? hæc formalia in fine habeat: *ut coram venerabili Sacramento perpetuò sit lumen, vel ex reditibus fabricæ, vel si illi sunt tenuiores ex collatione parochianorum, vel ex pœnis à se & synodalibus irrogatis, delinquentibus,* & ex his ejusmodi authoritatem concessam, atque ex anno 1679. è Bittburgensi & Kilburgensi Decanatibus Ruralibus super causa quapiam synodalium in Merteskirchen receptis attestatis, aliundè etiam ejusmodi mulctandi authoritatem in observantia viridi existere vi-

deamus: idcirco eandem facultatem approbamus, & continuari volumus in sequentibus circumstantiis, quando delictum non est grave & reus denuntiatus (v.g. famulus) in loco donec visitatio subsequatur, non persistet, aut cum propter dilatam visitationem timor evanescit & disciplina Ecclesiastica videtur ob dilatas pœnas contemni, tunc Pastor & Synodales conjunctim audient denuntiatum, qui si confessus fuerit, aut per testimonium synodalis, qui eum in delicto deprehenderat, convictus, in alterutro horum casuum, videlicet delicti confessi, aut veri à jurato synodali ex proprio ejus sensu asserti mulctâ moderatâ, quâ amor erga pastorem non extinguitur, corrigetur cum mansueta & paterna admonitione, ordinariè quartâ parte, mediâ vel integrâ ceræ aut olei librâ, vel æquivalente pecuniâ: quod si verò vel propter rei denuntiati statum ditiorem, vel aliam ob causam mulcta modica contemni videatur, eandem aggravare usque ad duplum licebit.

Illæ verò mulctæ, nisi exsolvantur, implorato quantocyùs sæculari brachio exigentur: quod brachium, si denegetur, Nobis aut Officialibus nostris indicabitur.

Si verò delictum non sit leve, aut si reus neget nec à synodali fuerit deprehensus, ita ut hic de proprio sensu testari nequeat, idcirco cognitione aliquâ, testibus & probatione opus sit, tunc officiali aut fiscali denuntiabitur.

§. 4. *Modus eligendi Synodales.*

Officium synodalium ab antiquo honorificum semper fuit; idcircò non nisi qui probatæ vitæ nullâque infamiâ unquam notati fuerint juxta synodalium vota eligentur, & ab Archidiacono aut jus præsidendi in synodo habente aut Decano Rurali instituentur, absque ullis expensis convivii aut remunerationis electoribus, aut instituenti præstandis, juxta inhibitionem à Prædecessore nostro anno 1622. factam. Qui munus illud inviti suscipiunt, divini cultûs aut disciplinæ matris Ecclesiæ parùm amantes se esse produnt, imò se omni honore indignos declarant, cùm scriptum sit. *Quicunque honorificaverit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Præstantque juramentum ante altare flexis genibus accensis cereis, post juramentum præstitum osculantur vel crucem missalis, vel crucifixum de altari illis porrigendum.

1. *Reg. cap. 2.*

JURA-

JURAMENTUM SYNODALIUM.

ICh verheisse / und gelobe GOtt / Mariä seiner lieben Mutter allen lieben Heiligen Gottes und sonderlich dem heiligen N. Patronen dieses Gotteshauß / daß ich diß Kirchen-Ambt / welches ich jetzo annehme recht und ehrlich versehen will / und in dem was solches Ambt betrifft / treu und fleissig zu seyn / auch unserm heiligsten Vatter und Christi Jesu höchstem Statthalter dem Pabst und Römischen Bischoff / wiedann auch dem hochwürdigsten und gnädigsten Ertz-Bischoffen zu Trier und Churfürsten / dem HErrn Chor-Bischoffen / und dero Stell-Vertrettenden oder Befelchhaber / auch dem Landt-Dechanten und unserm Pastoren gehorsam zu leisten. Ich gelobe auch der Kirchen Wollfahrt und Nutzen zu suchen / und zu unterhalten / und alles das jenige so in meine Wissenschafft kommen wird / es sey an Renthen / Zinsen / Güttern / Zehenden / und Wiedemhoffen treulich zu offenbahren / fürzubringen / und zu beschützen. So gelobe ich gleichfals zur Zeit des heiligen Sendts fürzubringen / was wider Gott / die heilige Catholische Kirch und den H. Glauben gethan wird / niemand zu Lieb noch zu Leyd / ferner verspreche ich allen geheimen Rath

meines

meines Seelsorgers/ oder Eydsgenossen nicht zu offenbahren. Alle diese Ding verheisse und gelobe ich in künfftigen Eydsstatt zu halten/ nachzukommen und zu geleben/ so wahr als mir GOtt helffe und die heilige Evangelien.

Serment des Synodaux en langue Françoise.

Je N. *promets & jure à Dieu, à la Bien-heureuse Vierge Marie, à tous les saints de Paradis, & specialement à saint* N. *Patron de cette Eglise, que je satisferay dez maintenant jusqu'es à la fin de ma vie à la charge d'Eschevin, dont je prens seance, comme vn homme de bien & d'honneur doit faire. Je promets aussi vne vraye & humble obeïssance à nostre tres-saint Pere le Pape Vicaire de Jesus-Christ en terre, à son Eminence le Reverendissime Archevêque de Treves, & Prince Electeur, à Monsieur l'Archidiacre, à mon Doyen rural, & particulierement à mon Curê. Je promets de plus la manutention des biens de cette Eglise, & de tout ce qui concerne son vtilité & profit, de declarer toutes les rentes, cens, dismes, & revenus, dont j'auray cy-en-apres connoissance. Je promets encore*

core que j'annonceray au temps des visites tout ce qui aura esté commis contre Dieu, l'Eglise Catholique, & la sainte Foy indifferemment, & sans acception des personnes. En outre je garderay toujours fidelement les secrets de mon Curé, & des Synodaux mes confreres. Je promets & jure d'observer inviolablement tout le dessus. Ainsi Dieu me soit en aide, & ses saints Evangiles.

Quæstiones in Synodo proponendæ Synodalibus.

1. Ob die heilige Kirch/ und Kirch-hoff noch in alter ihrer Freyheit stehen / und ob ihr mit Gebäuen / oder aber mit andern unziemlichen Dingen Unehr oder Abbruch widerfahren seye.

2. Ob die Kirch im Bau und geschlossen gehalten worden wie auch der Kirchhoff damit das unvernünfftige Viehe darauff nicht kommen könne.

3. Ob die Kirch mit einem Tauffstein versehen und selbiger beschlossen seye?

4. Ob jemand zur Oesterlicher Zeit nicht gebeicht noch das Hochwürdige Sacrament empfangen habe: oder ob auch jemand bey einem

andern frembden Pastorn ohne gehabte Erlaubnus gebeichtet habe?

5. Ob auch jemand gestorben seye ohne die heilige Sacramenten durch Nachlässigkeit deß Pastors oder anderer?

6. Ob auch jemand verächtlich habe geredt gegen Gott oder seine Heyligen oder wider das H. hochwürdige Sacrament des Altars und dargegen einen Glaubens-Irrthumb außgeredt?

7. Ob auch das hochwürdige H. Sacracrament beschlossen und mit stätigem Beleucht versehen werde?

8. Ob auch einiger Heyligen Gebein in der Pfarrkirchen/uñ mit gebührender Ehrerbietsamkeit auffgehalten und verwahrt werden?

9. Ob auch jemand seinem Pastor/ oder andern Priestern Unehr/ oder Frevel habe bewiesen?

10. Ob sie auch jemand kennen/ welcher mit segnen und mit Zauberey Wahr zu sagen/ oder verborgene Ding zu offenbahren sich understehe/ und ob sie solchen Leuthen Glauben geben/ auch Rath und Hülff bey denen gesucht haben?

11. Ob jemand am heiligen Sontag/ oder Feyertägen arbeite?

12. Ob jemand nachlässig gewesen am Sontag

tag oder andern gebottenen Feyrtägen in die Kirchen zu gehen/ Meß und andere Gottesdienst zu hören/ ob auch irgend einige auß der Meß und ehe dieselbe geendiget auß der Kirchen hinweg gehen?

13. Ob jemand seye/ welcher Vatter und Mutter ärgerlich verunehre?

14. Ob etliche Eltern hinlässig seyen ihre Kinder von wegen der Ubelthat zu straffen?

15. Ob einige Mann- und Weibsbilder fleischlich miteinander gesündiget/ ledige/ verehelichte Blutsverwändte/ beschwägerte/ Gevatterleuthen/ oder mit Gott verlobten Personen?

16. Ob jemand ungebührliche Ehe besitze/ die wegen Verwandtschafft/ Schwägerschafft Gelübte/ oder Gevatterschafft nicht zugelassen?

17. Ob einige Eheleuthe seyen die nicht beysammen wohnen/ und wer die seyen?

18. Ob einige seyen/ die ihre Kirchen-Zehenten nicht geben?

19. Ob jemand seye/ der Kirchen-Güter oder andere ihre zugehörige Sachen auffhalte/ oder seiner Befreunden nachgelassene Willen und gottseelige Stifftung nicht außrichte?

20. Ob auch die Renthen/ Zinsen/ Kirchen-Güter und Einkommen fleissig/ und treulich an-

gelegt werden/ der Gottesdienst geschehe/ und für die jenigen/ so solches gestifft / vollbracht werde?

21. Ob auch die Kirchen- und Bruderschaffts-Meister ihren Pastoren und den Sendtscheffen der jährlichen Kirchen-Renthen / so wol von Einnahm als Außgab/wie es sich gebühret/ Rechenschafft thun?

22. Ob auch eine Schul mit Lehrmeister/ oder Meisterin versehen / und wol gehalten werde?

23. Ob auch etliche sich/oder ihre Kinder versaumen in dem sie der Christlicher Lehr nicht beywohnen? oder ihre Kinder dahin oder zur Schulen nicht schicken?

24. Ob auch der Pastor gewöhnlich mit Sorgfaltigkeit die Christliche Lehr halte/ und das Volck unterweise / fürnemlich die Kinder in den fürnembsten Glaubens-Geheimnussen?

Les mêmes Demandes en langue Françoise.

1. *S'Il' Egliſe & le cimetiere ſont encore dans toutes leurs immunitez : ſi on ne les a point profanés, ou endommagés par baſtiment, ou autre façon illicite?*

2. *Si*

2. *Si l'Egliſe eſt en bon êtat, & ſi l'on y fait les reparations neceſſaires, ſi elle eſt tellement fermée avec le cimetiere que les beſtes n'y puiſſent entrer?*

3. *S'il y a dans l'Egliſe des fons baptiſmaux fermans à clef?*

4. *S'il y a quelquun qui ait omis la confeſſion annuelle, ou la communion paſchale: ou qui ſe ſoit confeſſé à vn Curé êtranger ſans avoir auparavant obtenu la permiſſion de ſon propre Curé?*

5. *S'il ny a perſonne qui ſoit mort ſans avoir eſté pourveu des SS. Sacremens par la negligence du Curé, ou d'autre?*

6. *Si quelquvn a parlé avec mépris, ou blaſpemê contre le tres-ſaint Sacrement de l'Autel, ou n'y a point ajouté foy?*

7. *S'il y a vn honneſte Tabernacle fermant à clef pour y conſerver le tres-ſaint Sacrement, & s'il y a vne lampe toujours ardante?*

8. *S'il y a des Reliques dans la paroiſſe, & ſi elles ſont dans des chaſſes gardées dans des lieux decens & fermez?*

9. *S'il ny a perſonne qui ait dit des injures*

res, ou fait affront à son Curé, ou à vn autre prestre?

10. *S'ils connoissent quelqu'vn qui fassent profession de charmer, ou de deviner les choses futures & inconnuës: & si quelqu'vn a eu recours, & a crû à la semblables gens en leur demandant conseil, ou assistance?*

11. *Si quelqu'vn a accoûtumé de travailler les Dimanches, & les jours de festes?*

12. *Si quelqu'vn neglige d'entendre la messes, ou d'assister aux offices divins les Dimanches & autres festes commandées: & s'il y en a qui sortent ordinairement de l'Eglise avant la fin de la Messe, ou ne l'ayant entenduë qu'en partie?*

13. *S'il y a quelqu'vn qui des-honnore scandaleusement son pere & sa mere, & qui ne les assiste pas, s'il le peut, dans leurs besoins & necessitez?*

14. *S'il y a des parens qui negligent de corriger leurs enfans à cause de leurs mauvaise conduite?*

15. *S'il y a dans l'étenduë de cette paroisse des impudiques, comme sont les Fornicateurs, les Adulteres, les Incestuëux, les Sacrileges &c.*

16. S'il

16. *S'il y a des personnes qui, pour avoir fait voeu, ou pour estre parentes & alliées, ou compere & commere par ensemble, ayent illicitement, ou pour quelque autre raison invalidement contracté le mariage?*

17. *S'il y a des personnes mariées qui ne demeurent pas ensemble, & quelles sont ces personnes?*

18. *S'il y en a qui ne payent point les dismes?*

19. *S'il y en a qui retiennent les biens appartenans à l'Eglise, ou qui different trop long temps à mettre en execution les testamens, legs pieux, & autres dernieres volontez de leurs parens?*

20. *Si les rentes ou revenus de l'Eglise sont bien & devëment administrées, & employées au service de Dieu, & de son Eglise selon l'intention des fondateurs?*

21. *Si les Prefects ou Maistres des Confrairies, & les Administrateurs des biens de l'Eglise rendent fidelement compte en presence de leurs Pasteurs & Synodaux de tout ce qu'ils ont annuellement reçeu & debourse?*

22. *S'il y a vn Maistre ou Maistresse d'escole de bonne vie, de bonnes moeurs, & de saine doctrine?*

23. *S'il*

23. *S'il y en a qui negligent de se faire instruire, ou leurs enfans des choses necessaires au salut, n'assistant aux prònes & catechismes, ou n'y envoyant pas les enfans, aussi bien qu'a l'escole?*

24. *Si le Curé a soin de faire le catechisme, & d'instruire le peuple particulierement les enfans des principaux mysteres de nostre foy, & des principes de la religion?*

INSTRUCTIO
De Custodibus, sive Campanariis.

CUstodes non admittantur, nisi Catholici & probæ vitæ ac prævia fidei professione, & quantū fieri potest, litterati recipiantur, qui ad communiter usitata respondere possint, & sciant quæ sui sunt officii, nec non cantum Gregorianum.

I. Iis autem incumbit, ut Parocho in rebus officium divinum, curamque animarum concernentibus obedientiam utrobique, & reverentiam debitam exhibeant, nec sine ejusdem licentia, potissimùm nocte, à parochia abesse eisdem liceat.

II. Nec claves Ecclesiæ cuiquam tradant, nisi parocho, aut, eo absente, alicui è synodalibus senioribus, qui Ecclesiæ etiam sunt jurati, temporibus maximè turbulentis & periculosis, ut in transitu copiarum militarium, aut invasionibus hæreticorum.

III. Ut Ecclesiæ paramenta, ornamenta, sacramque supellectilem sub inventario à semetipsis subscribendo, (si scribere norint) recipiant, ac in fine cujusque anni Parocho & synodalibus omnia rursus exhibeant, ut eidem inventario incorporentur, si quæ noviter fabrica, vel fidelium benefactorum pietas procuraverit: simulque aperiant, num quid interim Ecclesiæ deperierit, alienatum, vel quovis modo sit amissum, quâ ratione tam Custodum quam eorum hæredum securitati maturè consulitur, ne plus ab eis repetatur, quàm

in

in custodiam fuerit concreditum. Eum in finem tradatur illis inventarium ejus supellectilis sacræ, quæ juxta consuetudinem ei asservanda committitur : Et recipiatur sufficiens cautio.

IV. Ut templum, & in eo omnia servent munda, ne quid in domo Dei sit, ubi fidelis populus officiis divinis, verbi divini prædicationi, Sacramentorumque dispensationi interest, quod à reverentia talis loci sit alienum. Templum, quoties opus est, everrant, aut everri curent, cistas, armaria, aliaque repositoria purgent, ornamenta, paramenta ac SS. vestes decenter & nitidè (ubi usurpata fuerint) complicent, suisque locis seponant : lineam quoque supellectilem, prout divinorum mysteriorum sanctitas requirit, semper mundam esse curent.

V. Ter in die juxta morem pulsent, uti & sub elevatione in sacro summo. Inprimis verò observent, ut coram venerabili Sacramento perpetuum sit lumen procuratum vel ex reditibus fabricæ, vel ex collectionibus parochianorum, vel ex arboribus seu nucibus eum in finem à communitate plantatis, vel ex mulctis à Pastore & synodalibus irrogatis delinquentibus.

Juramentum Custodis seu Campanarii Ecclesiæ.

ICh N. verheisse/ und gelobe/ Gott/ und seiner Mutter Mariâ allen Heyligen/ und sonderlich dem heyligen N. Patron dieser Pfarr-Kirchen oder Capellen / daß ich treulich verwahren alle Kirchen-Güter und Sachen / fürnemlich aber die Schlüssel der Kir-

chen verwahren will / so lang ich in diesem Ambt seyn werde. Ich gelobe auch dieselbige Schlüssel niemand wieder den Willen meines Pharrherrns / und geistlicher Abrigkeit zu liefferen / und nicht allein ermelten meinem Pfarrherren / sondern auch unserem hochwürdigsten Ertz-Bischoffen zu Trier / dem Herrn Chor-Bischoffen / auch Herrn Land-Dechanten in allen Dingen / so mein Ambt betreffen und so lang ich dasselbige haben werde gehorsamb zu seyn: und was der Kirchen nutz- und zierlich seyn wird / das wil ich befördern; was aber dem Dienst Gottes abbrüchig / und der Kirchen schädlich seyn mag / nach meinem Vermögen allzeit gern verhindern. So helffe mir GOtt und alle seine Heyligen. Amen.

Serment du Marguillier, ou sonneur en langue françoise.

Je N. *promets, & jure à Dieu, à la Bienheureuse Vierge Marie, à tous les saints de Paradis, & specialement à* S. N. *Patron (ou Patronne) de cette paroisse, ou Chapelle, que*

que j'auray vn soin tout particulier de conserver fidelement les ornemens de cette Eglise, qui me seront mis en garde, & principalement les clefs d'icelle, lesquelles je proteste de ne donner à personne contre la volonté de mon Curé, ou d'autres Superieurs Ecclesiastiques, tandis que j'administretray la charge de Marguillier. Je veux rendre obeïssance non seulement à mon dit Curé, mais aussi à nôtre Eminentissime Archevéque de Treves, à Monsieur l'Archidiacre, & à mon Doyen rural, en tout ce qui dependra de ma charge. Et je promets de m'employer, avec la fidelité requise en tout ce qui regarde l'utilité, le bien, le profit, la netteté, & decence de cette Eglise; & de m'opposer avec fermetê, selon mon possible, à tout ce qui sera contre le service de Dieu & l'utilité de l'Eglise. Ainsi Dieu me soit en aide, & tous les saints. Amen.

INSTRUCTIO.

De Ludimagistris & Organœdis.

LUdimagistri ante admissionem emittant professionem fidei juxta formulam in hoc agendorum libro præscriptam, coram Decano, aut Pastore, jurabunt etiam in fide ejusdem professionis, se non admissuros, neque docturos hæreticorum libros, sed tantùm eos, qui sunt approbati; Officiali, Decano, & Pastori, obedientiam promittant. Dominicis & festis diebus pueros ad

sacrum, concionem, vesperas, seu alia divina officia adducant. Quater ad minimùm in anno juventutem scholasticam confiteri faciant.

Prælegant diebus Sabbathinis post meridiem catechismum, & ex eo examinando instruant.

Quantùm fieri potest, pueros, qui sunt voce & memoriâ capaciores, in cantu Gregoriano instruant;

Organœdi faciant fidei possessionem & juramento se obstringant, quòd fidam organi curam officiique sui rationem habere, in iisque, quæ ad illud pertinent, Decano aut Pastori obedire, & non nisi consuetas in Ecclesia melodias in organo ludere velint.

Juramentum Organœdi.

ICh N. gelobe GOtt dem Allmächtigen/ seiner lieben Mutter S.N. unser Kirchen Patron (oder Patroninnen) und allen GOttes Heyligen/ daß ich die mir anbetrauete Orgel fleissig bewahren/ daran nichts muthwilliger Weise/ verderben lassen/ und darauff keine andere als von der Kirchen und geistlicher Obrigkeit approbirte Melodien spielen / meinem Herrn Decano oder Pastori und dessen geistlichen Obrigkeit in allen dieses mein Ambt betreffenden Sachen gehorsamb und unterthänig seyn wolle. So wahr helffe mir GOtt und sein heiliges Evangelium: in principio &c.

Serment

Serment
De l'Orguaniste.

Je N. *promets á Dieu tout-puissant, à la Bienheureuse Vierge Marie, à* S. N. *Patron (ou Patrone) de cette Eglise, & à tous les saints, de conserver avec toute la diligence possibile les orgues que l'on m'a données en commission, de n'y rien laisser malicieusement gaster, ou corrompre, de ne joüer sur jcelles aucunes melodies qui ne soient receuës, & approuvées de l'Eglise, & d'estre obeïssant, en tout ce qui dependra de ma charge, à mon Doyen, ou Curé, & à tous leurs superieurs Ecclesiastiques. Ainsi Dieu me soit en aide, & son saint Evangile.* In principio, &c.

Juramentum Ludimagistri.

Ich N. verheisse und gelobe GOtt dem Allmächtigen / Mariä seiner lieben Mutter / S. N. unser Kirchen Patron (oder Patroninnen) auch allen lieben Gottes Heyligen / daß ich dieses mir auffgetragenes Schul-Ambt getreulich verrichten / den allein seeligmachenden Römischen Catholischen Glauben bekennen und lehren will / auch keinerley Weise zu-

lassen/ das unCatholische Bücher in die Schul gebracht / oder von meinen Schul-Kindern / viel weniger von mir oder den meinigen gelesen werden. Neben dem / verspreche ich auch / daß ich meinem Herrn Decano, oder Pastori, und dessen geistlichen Obrigkeit / so wol in der Kirchen als Schueldienst / wie auch in allen mein Ambt betreffenden Sachen unterthänig und gehorsamb seyn wolle. So wahr helffe mir GOtt und sein heiliges Evangelium: In principio &c.

Serment
Du Maistre d'escole.

Je N. *promets à Dieu tout-puissant, à la Bien-heureuse Vierge Marie, à* S. N. *Patron (ou Patronne) de cette Eglise, & à tous les saints de Paradis de m'acquitter chrêtiennement de la charge du Maistre d'escole, dont on veut bien me donner la conduite: de ne faire jamais profession n'y ensigner d'autre foy que celle de la sainte Eglise Catholique Apostolique & Romaine, hors laqu'elle il n'y a point de salut: de ne permettre qu'on apporte*

dans

dans mon école des livres heretiques, ou contraires aux bonnes moeurs : de ne point souffrir du tout que mes escoliers, ou mes domestiques les lisent. Je promets de plus à mon Doyen, ou Curé, & à leurs Superieurs Ecclesiastiques toute obeïssance tant en l'Eglise durant les offices divins, qu'en l'escole durant les instructions que je donneray aux enfans qui seront sous ma discipline. Ainsi Dieu me soit en aide, & son saint Evangile.
In principio, &c.

De Obstetricibus deligendis & earundem instructione ac juramento.

PErmagni, ut reipublicæ, ita Ecclesiæ interest, ut obstetricandi munus non quævis promiscuè mulieres, verùm certæ delectæque obeant. Ut enim, ex imperitia incautaque ejus administratione, infantes multi certam vitæ hujus momentaneæ patiuntur jacturam; ita metuendum, ne non pauci, impiâ quarundam obstetricum fraude, etiam salute sempiternâ malevolè priventur.

Quocirca operam dabit Parochus, etiam, si opus sit, adhibitâ magistratûs civilis vel ædilium parochiæ authoritate, ut, quoties Obstetrix designanda, honestiores ac probiores suæ Ecclesiæ fœminæ convocentur. Has sedulò admoneat, ut, depositio omni odio, amore, vel favore quam crediderint ad officium hoc omnium aptissimam & fidelissimam, & præcipuè quam

nunquam de maleficio vel alio crimine noverint suspectam fuisse, designent, & quidem, si istud parochiæ amplitudo requirat, etiam plures.

Cùm verò aliqua electa, & constituta fuerit, curabit, ut ea mox, juxta subjectas formulas, & instruatur, & juramentum præstet: quod quidem ipsa per se legat, si possit, sin minus, Parochus prior pronunciet, & illa sequatur, eadem & singula verba repetens.

In urbibus, ubi habetur medicus graduatus, utile erit, si ad eum mittatur, ut pro adjuvando prolis partu instruatur, & examinetur, injungaturque ut in periculo partûs eum consulat.

INSTRUCTIO OBSTETRICUM.

ANte omnia formam baptizandi bene sciant, dicendo linguâ vulgari: Ich tauffe dich im Nahmen des Vatters ✠ und des Sohns ✠ und deß heiligen ✠ Geists Amen.

Enfant je te baptize au nom du Pere ✠ *& du Fils* ✠ *& du saint* ✠ *Esprit.* Simul proferendo verba, & effundendo aquam.

Ut in nullo alio liquore infantes baptizent, præterquàm solâ aquâ naturali, puta puteali, fontanâ, pluviali &c.

Ut in baptizandis parvulis hoc intendant facere, quod facit Ecclesia Catholica, cùm eos baptizat.

Ut nunquam ad levandum partûs dolores, vel ad partum accelerandum, superstitiosas aut illicitas artes circa infantes aut parturientes matres adhibeant.

Ut ab illarum prolium baptismo semper abstineant, quos mortuos viderint, nec ullum vitæ signum edere.

Ut nunquam baptizent pueros, nisi in necessitate; hoc est, ubi mortis periculum metuitur.

Ut si partus sit difficilis, & infanti periculum immineat, si quidem caput emerserit, baptizari possit, eò quòd in capite sensus omnes vitæque integritas existat, quæ in membris aliis non reperitur, & proinde, si non nisi aliud aliquod membrum egressum sit, possit quidem, urgente periculo, infans baptizari, sed, si postea totus

planè

planè editus fuerit, sitéque periculum, ne antequam sacerdotis copia haberi possit, moriatur, sub conditione ab obstetrice baptizari queat, hoc modo: si non es baptizatus, baptizo te in nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus sancti ✠.

Ut parentes, quorum proles, ipsis obstetricantibus, natæ sunt admoneant, ut eas quamprimùm, aut certè intra triduum, baptizari curent; istud negligentes, Pastori denuncient.

Juramentum Obstetricum.

ICh N. verheisse / und verspreche GOtt dem Allmächtigen Mariæ seiner gebenedeyten Mutter / dem N. oder N. Patronen dieser Kirchen / und allen Heyligen GOttes / auch euch meinem Pfarr-Herrn / in Gegenwärtigkeit dieser anwesenden Personen: daß ich mein Ambt in Erlösung der gebährenden Frauen will getreulich (so viel mir möglich) in dieser Pfarr / oder wo es sonst billig von mir gefordert wird / verrichten: Neben dem will ich auch durch meine Unachtsamkeit die Kinder keines Wegs in Gefahr lassen kommen / sondern andere Frauen / welche darumb besseren Verstand haben dann ich / in dieser Sachen gern Rath fragen. Ich verheisse auch / daß ich keines Wegs gebrauchen werde einige unerlaubte Mittel / welche einigem Gebotte Gottes zuwider seyn: und daß ich alles

auffs

auffs treulichste verrichten werde / ohne Haß / Neyd / oder Nachred / sondern in allen Ehren / wie mir das für Gott und den Menschen zu verantworten gebühren wird / zu Beförderung geistlicher und leiblicher Gesundheit / so wohl der Mutter als des Kinds. So wahr helffe mir Gott und sein heiliges Evangelium. Sacerdos subjiciat, Frau / verheisset ihr diß nicht also / und thut eueren Eyd darauff? Obstetrix respondet: Ja Herr. Subjungit Sacerdos: So leset die Wort deß H. Evangelii / und leget darauff eure Finger / und saget: Im Anfang ꝛc.

Serment

Des Sages-femmes.

Je N. *promets à Dieu tout-puissant, à la Bien-heureuse Vierge Marie, à* S. N. *Patron (ou Patronne) de cette Eglise, à tous les saints de Paradis, & à mon Curé en la presence de toute la compagnie, de m'acquitter avec le plus fidelité & de diligence qu'il me sera possible, de la charge que j'entreprens d'assister les femmes de cette paroisse, ou d'autres lieux en estant requise, dans leurs couches, & de ne permettre jamais*

que

que n'y la mere n'y l'enfant encourent aucun mal par ma faute. Et ou je verray quelque peril eminent, d'vser de conseil, & de l'aide des autres femmes que je connoistray les mieux entenduës & experimentées en cette fonction Je promets aussi de ne point detracter, ou reveler les secrets des familles ny des personnes que j'assisteray, de n'vser d'aucun moyen illicite sous quelque couleur ou prætexte que ce soit, comme per vengeance, ou mauvaise affection, & de n'omettre rien de ce qui sera de mon devoir à l'endroit de qui que ce soit, afin de pouvoir vn jour rendre compte de mes actions au Tribunal de Dieu. Au rest je procureray toujours de tout mon pouvoir le salut corporel & spirituel tant de la mere que de l'enfant. Ainsi Dieu me soit en aide & son saint Evangile. &c.

FINIS.

Anmer-

Anmerckung wohin die Kupffer-Bilder einzusetzen.

Das Churfürstliche Wappen/ nach dem Titul dieses Buchs entgegen die Churfürstliche Vorrede.

Die Opfferung Christi im Tempel/ entgegen num. 30.

Christus am Creutz/ entgegen num. 73.

Der Baum der Verwändtschafft entgegen num. 136.

Die Vermählung Mariä und Joseph/ entgegen num. 139.

LIBER
Th
503a